Quibuscũq; nefreticis existẽtib⁹ pdicta signa accidũt ꝛ dolores acuti circa musculos spinales fiũt si qdẽ circa extrisecos locos fuerit apostema futurũ expecta extrisec⁹. Si ꝟo dolores magis circa interiores locos apa futurum expecta magis intus. 37.
Quicũq; sanguinẽ vomũt si qdẽ sine febrib⁹ salubre. Curant ꝟo stipticis ꝛ infrigidãtib⁹. Si ꝟo ex febre: pniciosum est. 38.
Catarri in supiori vẽtre i saniẽ ꝯuertunt in viginti dieb⁹. 39.
Si sanguinẽ ꝛ trũbos mingit ꝛ strãguriã hꝫ: ꝛ dolor icidit i peritoneon ꝛ sub vẽtrẽ ꝛ pectinẽ: ea que circa vesicã sunt egrotare significat. 40.
Si ligua intẽperata repẽte fiat aut appoleticũ aliqd corpis vl melãcolicũ hmõi efficit. 41.
Si sup purgato seniori singult⁹ supueniat nõ bonũ. 42.
Si febris nõ a colera habeat: aq̃ multa calida infusa a capite solutio fit febris. 43.
Mulier vtrasq; dextras habens non sit. 44.
Quicũq; empici vrunt aut inci-

dunt: si q̄dē sanies plura fluxe-
rit et alba euadūt. Si vo cenu
lēta & male olens pereunt. 45.
Quecūq3 in epate ppter sanie3
vrūtur: si quidē saniespura flu
xerit & alba euadunt. In tunica
eīm illius sanies est. Si vo velut
amarca fluxerit pereunt. 46.
Oculorꝫ dolores: meri potio & la
uacrū & flobothomia soluit. 47.
Hydropic9 si tussim habeat: de-
speratus fit. 48.
Strāguriā & dissuriā vini po-
tio & flōmia soluit. Incider vo
venā q̄ int9 i talo est bonū. 49.
Squinātehabito tumore & rubor
i pectore supueniēs bonū: foras
eīm ꝯuertit egritudo. 50.
Quicūq3 spachilō in cerebro pa
tiunt: in trib9 dieb9 peūt. Si vo
hos effugerint: sani fiunt. 51.
Sternutatio fit a capite ex ce
rebro calefacto & humectato: qꝫ
est i capite vacuo: aere dscēdēte
i illud vacuū & faciēte sonitū: qm̄
exitus est ei per angustū. 52.
Quicūq3 circa epar dolēt: his fe
bris supueniēs soluit egritudi
nem. 53.
Quibuscūq3 ꝯuenit sanguinē au
ferre ex venis: hos oportet flo-
bothomare in vere. 54.
Quibuscūq3 iter rhenes & vētrē
flegma ꝯcludit & dolorē pstat: nō
habēs exitū i neutrū vētriū: his
sm̄ venas i vesicā ꝯuerso flegma
te solutio fit morbi. 55.
Quibuscūq3 epar aqua impletū
in omētū eruperit: his aqua vē-
ter implet & moriunt. 56.
Halices: oscitatiōes: rigores: vi
nu3 mēsurate bibitū soluit egri
tudinem. 57.
Quibuscūq3 cerebrū motū fue-
rit ab aliqua actione necesse fie
ri sine voce statim. 58.
Corporib9 humidas carnes ha
bentib9: famē adhibere ꝯuenit:
fames eīm desiccat corpora. 59.
Si a febre habito tumor fi exi-
stente in collo: suffocatio repēte
innascit: vt deglutire non possit
mortale. 60.
Si a febre habito torqueat col
lum vt deglutire nō possit & trā-
glutiēdo angustiet sine tumore
manifesto: mortale. 61.
Si a febre habito: tumore fi exi
stēte i faucib9 suffocatio repēte
venerit mortale. Si a febre ha-
bito collū ꝯuertat ita vt vix de-
glutire possit: tumore nō existē-
te in collo: mortale. 62.
Sudore multo frigido calido
superfluēte oportet mitti humi
ditatē a corporib9 fortib9 supe
rius: debilib9 vo inferius. 63.
Febres quecūq3 non deficiētes
tertia die: sunt fortiores & peri-
culose. Quecūq3 vo sic defecerit
significat qm̄ nō periculose. 64.
Quibus febres longe: his pustu
le diuturne: aut in articulis do
lores fiunt. 65.
Quibuscūq3 ex febrib9 aut pu-
stule diuturne: aut i articulis do
lores fuerint: hi amplioib9 ci-
bis vtuntur. 66.
Cibus quem accipiūt febricitā
tes sanis est virtus: infirmis vo
morbus. 67.
Premissis aliquibus exeuntib9
non motis: sed quasi rasura in-
testini supnatauerit parua: par
uus est morbus. Si multa mul
tus. Horum vo multa necessa-
ria est vētris solutio. Si vo ven
ter non mūdificabit: sed potius
iuscula dabunt: quanto magis
dabis: tāto mag plus peiorabit.
¶ Expliciūt Aphorismi Hypo-
cratis sm̄ veterē translationē.

¶Incipit liber Aphorismorum domini hyppocratis a dño Theodoro geza medico e greco in latinum de nouo translatorum.



Ita breuis ars longa. Occasio pceps. Experimentum fallax. Judicium difficile est. Nec solum seipsuz officio fungentem exhibere oportet: sed etiam egrum ꝛ assidentes et exteriora. 2

In pturbationibus vētris ꝛ vomitibus spontaneis si tale purgaꝛ quale purgari opꝫ res bñ cedit ꝛ facile fertur. Sin minus cōtra. Simili modo cōceptaculoꝝ inanitio si fiat q̄lis fieri opꝫ res bene cedit ꝛ facile ferꝛ. Sin minus cōtra Igitur ꝛ tempus ꝛ terraꝫ ꝛ etatē ꝛ genera morborꝫ in quibus oportet necne conspicari officium est. 3.

Habitus athletarū ad modum boni tuti non sunt si ad summū deuenerint. Non em̄ in eodem subsistere possunt aut quiescere. Quod si non quiescūt nihil proficere in melius possunt. Restat igitur his de causis vt i deterius labanꝛ. Quãobrez soluere habitum expedit sine mora: vt denuo refici corpus incipiat Nec idcirco compressiões in extremum ducende sunt. haud em̄ tutum hoc est: sed pro eius qui corrigitur natura ducendū vt tollere. Omnino euacuationes in extremum deducte cum periculo sunt. Rursusq͂ recreatões extreme ad pic̄lꝫ agūt. 4.

Tenuis exquisitaq͂ victus ratio in affectibus tum diuturnis omnibus: tum etiam acutis q̄bus non competit: grauis molestaq͂ est. Itemq͂ vict⁹ qui in extremū tenuitat̄ deuenerit: grauis est. Nam satietas quoq͂ in extremum acta molesta est. 5.

In tenui vict⁹ rõne egri peccāt quo fit vt maiore afficiantur detrimento quicq̄d em̄ committiꝛ graui⁹ obuenit q̄ in aliq̄nātulū pleniore. his igiꝛ ꝛ sanis tuta nō ē illa admodū tenuis diligens exq̄sitaq͂ ratio victus ob eam reꝫ q̄ difficilius errore qui committitur ferūt. Ita fit vt tenuis ꝛ diligens vict⁹ periculosior maxima ex pte sit eo q̄ paulo plenior recipiatur. 6.

Sūmis morbis summa diligētissie remedia adhibēda sūt. 7.

Ubi morb⁹ pacut⁹ est statiꝫ ꝛ labores summi fatigāt ꝛ tenuissimo victu vti necesse est. Ubi nō ita est: sꝫ pleni⁹ agere lꝫ. Tātū indulgēdū est cibo quanto morbus ip̄e sit summo lenior. 8.

Cuꝫ vero morbus consistit suo vigore: tenuissimo victu vt necesse est. 9.

Colligendum etiaꝫ est an eger possit eo victu quē pceperis durare ad consistendū vigorē vsq͂ egrotatiõis: ꝛ ille vt potius deficiat: nec durare possit ea ip̄a victus ratione: an morb⁹ añ deficiat atq͂ hebetescat. 10.

Quib⁹ igiꝛ ꝯsistētia iuxta ē: his tenuis vict⁹ iuxta pcipiēd⁹ est. Quib⁹ aūt cōsistēdi vigor postea futurus est: his in eo ipso vigore ꝛ paulo ante de cibo subtrahendum est. Tempore vero superiore vberius agendum est vt eger sufficiat. 11

In accessiõib⁹ abstinēdū ē assumere em̄ cibū nociuū est. ꝛ q̄b⁹ p

circuitū veniūt accessiōes: his i ipa accessiōe abstinendū est. 12.
Accessiōes vo ꝯditionesqꝫ iudicant a morbis ⁊ anni tpib⁹ atqꝫ ēt circuitū successiuis icremētꝭ siue q̄tidie: siue vno interposito die: siue ēt p interualla āpliora eueniūt: necnō ex his q̄ superueniunt iudiciū accipi pōt. Uerbi gratia i morbo costalli si screatio purulenta statim iter initia extitit: breuē egritudinem fore oñdit. Sin postea puruit lōgā. Quin ēt vrina: alu⁹: sudor: moribus aut difficile aut facile nullo pacto iudicari finitiue posse aut breues. aut longos fore significabunt. 13
Senes facillime ieiuniū tolerāt mox q̄ firma etate sūt min⁹ adolescētes. oiꝫ minime pueri eorū qꝫ ipox q̄ oio sūt ꝑpēsiores. 14.
Qui increscūt plīm caloꝛꝭ inati obtinēt: itaqꝫ plurimo cibo idigēt alioq̄n corp⁹ absumit. Senibus vo pax caloris iē: ⁊ ob eā rē paucis egēt fomitib⁹ q̄ppe q̄ a mltis oppssi extinguant: hic ēt feb. ñ eq̄ acute senib⁹ accidūt corpus em̄ eox frigidū est. 15.
Uētres hyeme ⁊ vere natura calidissimi sunt ⁊ somni lōgissimi Jtaqꝫ per eatēpora cibi dari copiosi⁹ debent. Caloris em̄ natiui copia magna inest: vt cib⁹ ꝑinde plenior requiratur. Argumento etates sunt ⁊ athlete. 16.
Uictus omnis febricitantibus humid⁹ ꝑficit: sed pcipue pueris: ⁊ his qui ita viuere consuerunt. 17.
Et quibusnam semel aut bis assumendū sit: ⁊ plura ne an pauciora: particulatiꝫ animaduertendum. Tempori etati ⁊ ꝯsuetudini impartiendum aliquid est. 18.
Cibos estate ⁊ autūno difficillime ferūt: hyeme facillime mox vere. 19.
Qui pircuit⁹ accessionū exacuūt his nihil est dandū nec assumere q̄cqꝫ cogendū: sed adiectioni subtrahēdū ē añ iudicatōeꝫ. 20.
Que iudicant aut iudicata sūt integre: nō mouere neqꝫ nouare vel medicamentis: vel aliīs icitamētis: sed sinere debes. 21.
Que eūanda sunt eo duci debꝫ qua maxie nā cōmode tēdit. 22.
Concocta euacuare mouereqꝫ nō cruda opꝫ nec i ꝑncipio nisi turgēt. Sed magna ex ꝑte non turgent. 23.
Deiectiōes nō copia estimāde sunt: sed eo qd talia deiiciūtur q̄lia deiici opꝫ ⁊ facile eger fert. Atqꝫ vbi ad aie defectionē vsqꝫ ducendū est: ita agendū modo eger durare possit. 24.
Jn affectib⁹ acutis raro ⁊ inter initia vtēdū medicamēto euacuatorio est: idqꝫ adhibito diligēter examine faciendū est. 25.
Si quale purgari opꝫ tale purgat: prodest ⁊ facile fertur. Si contra difficulter. 26.

Incipit liber scōs aphorismorū dñi hypocratis a dño theodorio gaza medico e greco in latinum nuper traductorum.


N quocunqꝫ morbo somnus laborem affert letalis est. At si iuuat letalis nō ē. 2.
Ubi somn⁹ deliriū tollit bñ ē. 3.
Sōnus aut vigilia si alterutrū modū excesserit: male est. 4.
Nō satietas: ñ fames: ñ aliud q̄cq̄ bonū ē qd naturā excedit. 5.

Lassitudines sponte eueniētes
morbos pronunciant. 6.
Quicūqꝫ parte corporis aliqua
laborantes laborem ipsum ma
gna ex parte non sentiunt: his
mens egrotat. 7.
Que longo temporis spatio ex
tenuantur lente reficienda sūt.
Que breui breuiter. 8.
Si q̄s a morbo cibū assumēs nō
corroborat̄: plus cibi q̄ꝫ satis sit
assumi significat. At vō si non
assumēti ita euenit: euacuatio-
ne opus esse sciendum est. 9.
Corpora quacunqꝫ purgare li-
buerit: fluida eo facies. 10.
Corpora ipura quo magis nu-
tris: eo magis offendis. 11.
Potu q̄ꝫ cibo expleri facili⁹ ē. 12
Que p̄ morbos reliquunt̄: ab iu
dicatione faciūt recidiuam. 13.
Quib⁹ iudicatio instat: his nox
difficilis est q̄ accessionē p̄cedit
subseqnēs aūt nox facilior ma-
gna ex parte accedere solet. 14
In p̄fluuijs alui mutatiōes die
ctionū iuuāt nisi i p̄ua mutēt̄. 15
Ubi fauces egrotāt aut tuber-
cula i corpe oriunt̄ excreatiōes
ꝯsiderāde sunt nā si biliose sūt
corpus egrotat: si similes sanis
corpus alere tutum est. 16.
Ubi fames ē: laborādū nō ē. 17.
Ubi plus cibi p̄ter naturā ige-
stum est: morbum id facit: patet
hoc ex ip̄a curādi ratione. 18.
Eorꝫ q̄ vniuersim atqꝫ celerit̄ a-
lūt excretiōes q̄ꝫ celerit̄ fiūt. 19.
Morborꝫ acutorꝫ p̄dictiōes non
admodum tute sunt neqꝫ mortꝭ
neqꝫ salutis. 20.
Quib⁹ iuuēib⁹ adhuc alu⁹ hūi
da ē: his senescētib⁹ siccat̄. ꝯtra
quibus iuuenibus adhuc alu⁹
sicca est: his senescentibus hu-
mectatur. 21.

Famē vini potio soluit. 22.
Quicūqꝫ morbi ex repletōe fiūt
euacuatiōe curāt̄. Quicūqꝫ eua
cuatōe: repletiōe. Eodēqꝫ mō ce
terorꝫ ꝯ̄ria remedio sunt. 23.
Morbi acuti intra quartūdeci
mū diē iudicari solent. 24.
Dies q̄rt⁹ septimi index ē. Octa
uus p̄ncipiū alteri⁹ septēnarijs
exordit̄. Undecim⁹ etiā conside
randus est. Quartus enim scd̄i
septenarij est. Item decimus se
ptimus ꝯsiderandus est. Quar
tus enim a quarto decimo ꝛ se-
ptimus ab vndecimo est. 25.
Quartāe estiue breues magna
ex parte sunt. Autūnales lōge
p̄sertim q̄ hyemē attigerint. 26
Febrē conuulsioni superuenire
melius est q̄ꝫ conuulsionem fe-
bri. 27.
His que nō ex ratione leuāt: cō
fidendum non est: nec pre metu
omittendum soluere: ea que p̄-
ter rationē incidunt mala: hec
enim magna ex parte infirma
sunt nec perseuerare aut immo
rari diutius solent. 28.
Febricitāti nō admodū leuiter
ꝛ p̄ summā corpis formā si cor-
pus p̄stat nec vllo modo colla-
bit̄: aut ꝯ̄ si magis consumitur
q̄ꝫ ratio postulat: vitiosum ē al
terꝫ enī lōgitudinē morbi: alte-
rū imbecillitatē significat. 39.
Cū morbi incipiūt: si quid mo-
uendū est moue. Cū cōsistunt ꝛ
vigēt: quiescere melius est. 30.
Omnia cum incipiunt ꝛ finiunt
leniora sunt. Cū consistunt gra
uiora. 31.
Si cui ab egrotatiōe bene assu
mēti cibū corpus nihilo p̄ficit
signum est vitiosum. 32.
Omnes fere q̄ sese male habēt
principio bene assumētes cibū

nec quicq; proficientes: in fine medicinam exigunt. At vero q principio vehementer exigētes postea bene assumunt: hi meli⁹ euadunt. 33.
In quouis morbo mente constare & cibū appetere bonū est: contrarium vero vitio dat. 34.
Per morbos minus hi periclitantur quorum nature morbus conuenit aut etati aut habitui aut tempori q̄ quibus vno conuenit aliqua ex his ratione. 35.
In quauis egritudie partē vmbilici & imūventrem esse pleniorem melius est: admodum extenuari atq; tabescere vitiosum est. Ad inferas et purgationes hoc idem tutum non est. 36.
Qui salubri corpore sunt: celeriter p euacuationes oppressi dissoluūtur atq; etiam qui prauo cibo vtūtur. 37.
Qui corpore bene constant: difficulter ad vsum veniunt medicamentorum. 38.
Potus & cibus paulo deterior modo suauior sit q̄ melior: sed q insuauior: anteponēdus est. 39.
Seniores magna ex parte minus egrotāt q̄ iuuenes. Attamen qui longi his acciderint morbi: magna ex parte isanabiles tota vita comitantur. 40.
Raucedines & grauedines maioribus admodum cōcoqui nequeunt. 41.
Qui sepe & multum exsoluūtur sine causa manifesta: hi de repēte moriuntur. 42.
Stupor attonitus vehemēs solui non potest. leuis non de facili potest. 43.
Qui strangulantur & euertuntur citra mortem: si ore spumāt non reficiuntur. 44.
Qui obesi admodum sūt ex natura celerius moriuntur q̄ qui graciles. 45.
Qui morbo comitiali laborat: si iuuenis est liberari mutatōe potissimum: etatis: loci: victus & vite munere potest. 46.
Si dolor geminus non eodē in loco infestat: qui vehementior est alterū leuiorē obscurat. 47.
Dolores & febres accidūt magis cum conficitur pus: q̄ vbi confectum iam est. 48.
In omni c rporis motu cum fatigari incepit cessasse protinus lassitudinis leuatio est. 49.
Qui assueuerit ferre labores ēt si inualidi sunt aut senes facilius ferunt: q̄ q nō sunt assueti quāuis robusti & iuuenes. 50.
Quecūq; longo tpe assueta sūt etiā si deteriora sint min⁹ ifestare solēt q̄ q insueta sūt. Igitur ad insueta q₃ mutasse puenit. 51.
Nimis repenteq; euacuare aut replere aut calefacere aut refrigerare aut alio q̄uis mō corp⁹ mouere: tutū nō est. Atq; nimiū omne inimicū nature est. Cōtra paulatim lēteq; agere tutū est. Deniq; de alio trāsire in aliud prestat. 52.
Si cū oīa ratione feceris: non id puenit qd ratio postulat: noli in aliud trāsire dum maneat quod principio visum est. 53.
Quorum aluus est humida: hi quādiu iuuenes sunt meli⁹ degūt q̄ quibus sicca est. At in senectute deteri⁹. Siccatur em̄ alu⁹ magna ex pte hisq senescūt. 54
Magnitudo corpis in iuuenta quidē formā liberalē affert nec iniocundam. Sed in senectute vsu difficilis est: atq; deterius euadit quod procerius est.

¶ Incipit liber terti⁹ aphorismo℞ hypocratis a dño Theodoro Gaza nuper e greco in latinum traductorum.



Emporũ mutationes potissimũ pariũt morbos. magneq temporũ mutatiões: aut frigoris: aut estus et reliqua ex ratione grauius incidunt. 2.

Naturarum alie ad estatẽ: alie ad hyemẽ bene maleve sese habent. 3.

Ex morbis alij ad alia tpa loca ꝛ victus gña bñ maleve sese habẽt eodẽ modo etates. 4.

Per tpa quoties eadẽ die mõ estus: mõ frig⁹ existit morbos autũnales expectari oportet. 5.

Austri hebetãt auditũ: caliginẽ obducũt: corpa diffũdũt: pigrioraq faciunt. caput aggrauãt. vbi tẽpestas ita ꝑualuerit: affect⁹ eiusmodi existunt. At si tp̃s aqlonũ ẽ: tusses: fauces: alui dure: difficultates vrie: dolores horrifici costa℞ ꝛ pecto℞ accidũt. Ubi tẽpestas ita exuperarit: affect⁹ hmõi expectato. 6.

Quoties estas fit similis veri sudorũ copiã in febrib⁹ expectare oportet. 7.

Per sciores febres acute fieri solẽt: ꝛ si magna ex pte talis fit ann⁹ qlẽ fecerit ꝯditionẽ: morbos q₃ tales expectare magna ex parte oportebit. 8.

In tpib⁹ nature legitimi qnũq tẽpestiua tẽpestiue reddũt: morbi ꝯstãtes sinceri ꝛ faciles subeũt. At ṽo iniqs incõstãtes ꝛ iudicatu difficiles existũt. 9.

Per autũnũ morbi acutissimi ꝛ exitiosissimi accidũt magna ex pte ver saluberrimũ est minimeq exitiosum. 10.

Autũn⁹ tabidis mal⁹ est. 11.

Qd ad tẽpo℞ attinet rõnẽ. Si hyems squalida ꝛ aqlonia fuerit ver pluuiũ australeq: febres acutas fieri estate necesse ẽ: et lippitudines ꝛ itestino℞ difficultates maxie mulierib⁹ ꝛ his q̃ humidã habẽt naturã. 12.

Morbi aũt per imbres fiũt magna ex pte febres lõge: alui fluores: putredines. 13.

Si hyems australis pluuia et tepida fuerit: ver calidũ aqlentũq: mlieres qrũ pt⁹ iuxta ver ꝑperãt: abortũ ex qlibet causa faciẽt. Que ãt pepererit: imbecilles aut morbidos edẽt isfantes: ita vt aut stati pereãt aut tenues atq valitudiarij viuãt. Ceteris difficltates itestino℞ ꝛ lippitudines aride accidẽt. senioris⁹ ṽo distillatiões q̃ cito interimãt. 14.

Si estas squalida aqlẽtaq fuerit: autun⁹ pluuius austrinusq dolores capitis: tusses: raucedines: grauedines existunt. Tabes etiã nõnullos inuadit. 15.

At si autũn⁹ aqloni⁹ sit ꝛ sicc⁹: viris natura humidis ꝛ mulierib⁹ ꝑderit: reliqs accidẽt lippitudines aride ꝛ febres acute et grauedines: nõnullos etia₃ atra bilis exercebit. 16.

Cõditionũ anni squalores salubriores qd i totũ dixeri q̃ι ibres minusq mortiferi sũt. 17.

Morbi p ibres magna ex parte ꝯsistũt: febres lõge: alui fluẽtes: putredies: attoniti: ãgine per squalores tabitudines: lippitudines: articulo℞ dolores: stillicidia vrie: difficultates itestinorum. 18.

Cōditionuꝫ q̄tidianarū aquilones corpora ꝯstipatiora: ꝯtētiora: mobiliora: coloratioraq̄ faciūt. auditū etiā adiuuāt: sꝫ aluū exiccāt: oculos mordēt: & si in pectore dolor aliq̄s preest acriꝰ excitatur. 19.

Austri corpora dissoluūt & humefaciūt: caput aggrauāt: auditū obtūdūt: vertigies mouēt: ocl'is & corporibꝰ afferūt tarditatē: aluos ēt humefaciūt. 20.

Per tpa anni pueri & qui etate his ꝓximi sunt: vere atq̄ p̄ria estate optie degūt: & maxie valēt. Senes estate & autūno aliquādiu reliq̄ autūni tpe & hyeme q̄ media sūt etate meliꝰ valent. 21.

Morbi q̄dē oēs tpibꝰ oībꝰ accidere solēt. Sed nōnulli certis q̄busdā & oriunł & irritanł. 22.

Uere eñi atre biles: furores comitiales: ꝓfusiōes sāguis: angine: tusses: grauedies: lepre: impetigies: vtigines: pustule: vlcerose plurie: tubercula: articulorum dolores. 23.

Estate nōnulli ex his ac febres continue: & ardores & tertiane plurime: vomitiōes: ēt alui ꝓfluuia: oculoꝝ & auriū dolores oris vlcera: genitaliū putredines et sudamina. 24.

Autūno magna pars estiuorū atq̄ etiā febres q̄rtane & erronee: lienes aq̄ iter cutē: tabes: stillicidia vrine: leuitates itestinoꝝ: coxēdices: angine: anhelationes: voluuli: comitiales: atre biles furores. 25.

Hyeme costales: pulmonie: grauedies: raucedines: tusses: dolores lateꝝ: pectoꝝ: lūboꝝ: capitꝫ dolores vtigies: attōiti. 26

Per etates hec accidūt puꝫ et recēs natꝫ puerulis vlcera oris vomitꝰ: isōnie: pauores: iflāmatōes vmbilici: hūores auriū. 27

Paulo etate ꝓgrediētibꝰ cū dētire icipiūt: gigiuaꝝ prurigies febres: ꝯuulsiones. alui fluores maxie cū caninos edūt: et his potissimū puerꝫ q̄ corpulētissimi sūt & aluos hn̄t astrictas. 28

Adultioribꝰ iā tōsille. vtebre i occipitio siue luxatio i ꝑtē iteriorē: āhelatiōes: calculi: lūbrici teretes: ascaride: vruce: satirie strume: & reliq̄ abscessꝰ: sed p̄cipue q̄ enumeraui. 29.

Adolescētibꝰ iaꝫ & pubescētibꝰ magna eoꝝ ps accidit: atq̄ ēt febres diuturne potiꝰ & sāguinis e naribꝰ ꝓfusiones. 30.

Plurimi vo affectꝰ puerilꝫ etatis iudicāł siue finiunł: aut intra q̄dragesimū diē: aut itra septimū mēsē: aut itra septimum ānū: aut cū ad pubertatē itur. Qui āt ꝑdurarit nec solui potuerint. pubescēti aut femie cū menstrua erūpūt: hi ꝯsenescere assolent. 31.

Adolescētibꝰ sanguinis screatiōes: tabes: febres acute: comitiales & reliq̄ morbi: sꝫ p̄cipue q̄ numeraui accidunt. 32.

Qui hāc excesserīt etatē his anhelatiōes: costales: pulmonie: obliuiariј: deliria: ardores biliares: alui flores lōgi: difficultates itestinoꝝ: leuitates itestinorum: marisce. 33.

Sēioribꝰ difficl'tates spirādi distillatōes: tusses stillicidia vrie difficl'tates vrie: articl'oꝝ dolores: rhenū dolores vtigies attoniti: mali habitꝰ. prurigies corpoꝝ totiꝰ isōnie: alui ocl'orū et auriū hūiditates. hebetudies oculoꝝ: grauitas aurium. 34.

Incipit

¶ Incipit liber qrtus Aphorismorũ dñi hyppocratis a domino Theodoro gaza nup e greco i latinũ traductorum.

Mulierẽ vtero gerẽtẽ purgabis mẽdicamẽto si mã turget qrto mẽse: z ad.vij.vsqꝫ: sꝫ eas minꝰ: ab recẽtiore aũt z ab auctiore cauebis. 2.

In mẽdicamẽtoꝝ vsu si talia ducunt ex corpe q̃lia vl' sponte exeãt: vtile ẽ. si ꝯ: cohibẽda sũt. 3.

Si quale purgari oportet tale purgatur: prodest z facile fert. Si ꝯ: difficulter. 4.

Estate potiꝰ supra: hyeme ĩfra ducẽdũ medicamentis est. 5.

Sub canem aũ canẽ medicamẽtoꝝ vsus difficilis. 6.

Macilẽtos z ad vomituꝫ faciles purgãdos. s. curabꝫ cauendo hyemem. 7.

Qui ãt ad euomẽdũ difficiles sũt z corpore mediocriter ꝯstãt ĩfra purgabis cauẽdo estatẽ. 8.

Tabi obnoxios caue ne vnq̃ ad supnas ducas euacuatões. 9

At vero atra bili cõmotos plenius infra eadẽqꝫ rõne contraria afferas. 10.

In valde acutis stati z die primi euacuãdũ ẽ si materia turget. Supsedere enĩ in eiusmodi morbo. malo est. 11.

Quos tormia vmbilicũ fatigãt z labor atqꝫ lũborũ dolor intestat: nec medicamẽto aut vllo alio mõ solui cruciatꝰ põt: his in aquam inter cutẽ siccam decumbitur. 12.

Quorũ a sui leuitate itestinoꝝ infestant: hiberno tpe eos supra purgare malum est. 13.

Qui nõ de facili supra veratrũ purgantur: eoꝝ corpora aũ potionẽ humectãda sũt cibo pleniore quieteqꝫ. 14.

Cũ q̃ veratrũ biberit ad corporis motiões magꝫ ad somnos q̃etesqꝫ minꝰ ducito: motiõe corpus turbari. indicio est nauigatio. 15.

Cũ libuerit vt veratrũ ãplius ducat: corpꝰ mouebis. Cõtra cũ sistẽdũ cẽsuerꝫ somnũ molieris nec quicq̃ mouebis. 16.

Ueratrũ periculosuꝫ his est q̃ corpore integro sunt: facit eniꝫ conuulsionem. 17.

Si q̃s nõ febriẽs inedia exigit et cordꝫ dolore aut caliginosa ṽtigine iniestat ac oris amaritudinẽ sentit: purgationẽ se egere pte supiore sigñat. 18.

Dolores qui supra pcordia ĩsestant purgationẽ supra: q̃ infra infra requirunt. 19.

Qui in medicamentoꝝ potiõe nõ sitiunt cũ purgant. hi nõ desinũt priusq̃ sitiunt. 20.

Si tormina acciderũt nõ febricitãti z genuũ grauitas z lũborũ dolor: purgatione infra opꝰ esse significatur. 21.

Deiectiões ni re mõ sanguis atri spõte veniẽtes siue cũ febre siue sine febre pessime sunt: z q̃ plures sũt praui colores: eo peius. Sꝫ si ex medicamẽto tales egerunt: meliꝰ ẽ z q̃ plures non praui colores sũt eo meliꝰ. 22.

In quocũqꝫ morbo incipiẽte si atra bilis vel supra vl' ĩfra exierit: letale est. 23.

Quicũqꝫ ex morbis acutis aut diuturnis ṽ vulnerıbꝰ aut alio quouis mõ extenuati atrã bilẽ sanguinei atro similẽ emiserit postridie moriunt. 24.

Difficultas intestinoruꝫ si ab atra bile iceperit: letalis ẽ. 25.

Sãguis supra emissus q̃liscũ-

q̄ est mal⁹ ē: īfra aūt bon⁹ ē. 26.
Si difficultate itestinoꝝ labo=rāti carūcule exeūt: letale ē. 27.
Quib⁹ ꝑ febres sanguis alicū=de large exierit: his i recreatio ne alui humide reducunt. 28.
Quib⁹ deiectiōes biliose exeūt surditate superueniente finiun tur. Et q̄b⁹ surditas precesserit desinit si deiectiones sequunt biliose. 29.
Quibus febricitātib⁹ die sexto frigora accidūt: his difficulter iudicantur. 30.
Quib⁹ accessiones veniūt si fe=bris quacūq; hora dimiserit: ea dē altero die repetit: his diffici le iudicatur. 31.
Qui ꝑ febres lassantur: his in articulos ⁊ maxillas potissimū abscessus decumbunt. 32.
Quib⁹ cōualescentibus a qua=uis egritudie pars aliqua cor poris dolore vexatur: his eā in partē absceditur. 33.
Quin ⁊ si ꝓusq; egrotassent ꝑte aliq̄ sui corporis ꝑdoluerit eo=dē morbus decumbit. 34.
Si febricitāti nl'lo tumore fau=ciū strāgulatio accidit subito letale est. 35.
Si febricitāti collū ꝑuertit vt vix deuorare possit sine vllo col li tumore mortiferū est. 36.
Sudores febricitāti si stati in ceperit bono sūt. Et tertio die ⁊. v. ⁊. vij. ⁊. ix. ⁊. xi. ⁊. xiiij. ⁊. xx. ⁊. xxiij. ⁊. xxvij. ⁊. xxx. ⁊. xxxiiij his eñ sudorib⁹ morbi iudicā tur. Qui autem nō ita veniunt laborem significant: et longitu dinem morbi ⁊ recidiuam. 37.
Sudores frigidi si cum febre a cuta accidunt: mortē significāt si. cum mitiore: longitudinem morbi. 38.
Et qua ꝑte corporis sudor est ibi morbum esse significat. 39.
Et qua parte corporis frigor aut calor est: ibi morbus ē. 40.
Ubi toto i corpore mutatio sit: et modo corp⁹ frigescit: modo calescit: aut colorem alium ab alio recipit: longitudo morbi significatur. 41.
Si per somnū sudoris copia si ne causa manifesta euenit: vs⁹ cibi plenioris significatur. Sꝫ si non per cibuꝫ id accidit. ina nitione corpus egere significa tur. 42.
Sudor multus modo frigid⁹: modo calid⁹ assidue fluēs fri=gidus magis: calidus minus: morbum significat. 43.
Quecūq; nō intermittētes ter=tio die vehementiores reddūt magis periculose existūt. Sꝫ si quouis modo intermittunt securitatē inesse significat. 44.
Quos febres longe exercēt his vel abscessus i articulos: vl' do lores decūbunt. 45.
Quos febres diutine habent: his in articulos abscedit si la=bor accidit. Quib⁹ autem in articulos abscedit si labor ex febre: hi cibo pleniore vtūt. 46.
Si rigor accidit per febrem cō tinuam egro iam debili letale est. 47.
Excretiones in febribus non iterpollatis liuide aut cruēte aut fetide. omnes sunt male. sꝫ si bene excernit salutares sunt deiectiones etiam ⁊ vrine iu=uant que commode exeūt. At si nihil commode ꝑ ea loca ex=cernitur: malo est. 48.
In febrib⁹ nō interpolatꝭ si ex teriora frigēt interiora vrunt ⁊ sitiunt. letale est. 49.

In febre nõ iterpolata ſi labiũ aut oculꝰ aut ſupciliũ aut naſꝰ peruertitur: ſi viſus: ſi auditꝰ defecerit egro iam debili: quicquid ex his accidit: mors ĩ propinquo eſt. 50.

Quibus ĩ febre nõ interpolata difficultas ſpirãdi cũ delirio accidit letale eſt. 51.

Per febres abſceſſus niſi ꝑmis ſoluaꝫ iudicatiõibꝰ morbi longitudinem indicat. 52.

Quibꝰ in febribus aut in aliis morbis oculis volẽtibꝰ illacrimanꝫ nullũ eſt periculũ: ſꝫ q̃bꝰ inuitis: periculoſius eſt. 53.

Quibꝰ ꝑ febres lentore dentes opplenꝫ: his febres incidũt vehementes. 54.

Quibꝰ tuſſes ſicce leuiter irritantur in febribꝰ arduis: hi nõ admodum ſiti afficiuntur. 55.

Febres que per acceſſuꝫ inguinuꝫ accidũt: male ſunt niſi gñe ephimere hoc eſt dyarie continentur. 56.

Febricitanti ſi ſudor accedit febre nõ itermittẽte malo ẽ. morbus eñ prorogaꝫ: pluſq́ȝ humiditatis eſſe ſignificatur. 57.

Qui ꝯulſiõe aut diſtẽſiõe tenetur ſi accidit febris morbum leuat. 58.

Qui ardore tenetur ſi frigꝰ acciderit ſolnetur eo malo. 59.

Febres tertiane ſepten̄ circuitibꝰ iudicãꝫ qđ lõgiſſimũ ẽ. 60.

Quibꝰ per febres aures obſurduerit: his ſanguinis e naribꝰ fuſus aut aluus perturbata ſoluit morbum. 61.

Quibꝰ per febres morbꝰ regiꝰ añ ſeptimũ accidit: malo ẽ. 62.

Febris niſi die pari deſierit ſolet recidiuare. 63.

Quibꝰ ꝑ febres q̃tidie frigꝰ accidit: febres q̃tidie ſoluunꝫ. 64.

Quibꝰ ꝑ febris morbꝰ regiꝰ die ſeptio: aut q̃rtodecio acciderit bono ẽ: niſi illa obduruerit. nã ſi hoc in ita accidit: nõ bñ ẽ. 65.

In febribꝰ ſi circa aluũ calor vehemẽs ac dolor vẽtriculi vexat male eſt. 66.

In febribꝰ acutis ſi cõuulſiões aut viſcerũ dolores vehemẽtes acciderint: male erit. 67.

In febribꝰ ſi pauores ꝑ ſomnũ aut conuulſiones accidunt male eſt. 68.

In febribꝰ ſpũs ſubſiſtẽs malo ẽ qm̃ ꝯuulſionem ſignificat. 69.

Quibus vrine craſſe: grumoſe & pauce ſũt: ñ ſine febre: ſi tenues copioſe prodierint: proderunt maxie vero tales exeunt his q̃ ſtatim aut breui ſedimen habeant. 70.

Quibus vrina turbulenta qualis iumẽtoꝝ ẽ: his dolor capitis vel adeſt vel aderit. 71.

Quibus ſeptimo die iudicatur ad ſalutẽ: his vrina quarto die nubeculã hꝫ rubicundam & reliqua ex ratione. 72.

Quibꝰ vrina ꝑlucida alba emittitur malo eſt: deliris potiſſimũ talis euenit. 73.

Quibꝰ ilia ſuſpẽſa murmurãt: ſi lũboꝝ dolor acceſſerit his alui ad modũ hũectãꝫ: niſi flatꝰ erũpat aũt vrine copia ꝓdeat idq́ȝ in febribus. 74.

Quibꝰ ĩ articulos abſceſſurũ ẽ his eximit abſceſſuꝫ vrina caſſa copioſa alba q̃lis ĩ febribꝰ laborioſis quarto die nõnullis exire icipit. ſꝫ ſi ſanguis q̃ꝫ erupit breui admodũ leuabunꝫ. 75.

Si ſãguis aut pus efluit ꝑ vrinã: exulceratiõeꝫ aut rhenũ aut veſice ſignificat. 76.

Quib⁹ cũ vrina crassa carũcule
exigue: aut veluti capillamẽta
exeũt ex rhẽib⁹ his excernit. 77
Quib⁹ cũ vrina crassa furfurea
q̃dã exeũt: his vesica scabie af-
fecta est. 78.
Quicũq spõte sãguinẽ mingũt
his venulam ruptam esse i rhe
nibus significantur. 79.
Quib⁹ in vrina decidẽt hareno
sa: his calculo vesica laborat. 80.
Si q̃s sãguinẽ migit & grumos
& guttati emittit vrinã ac dolo
rẽ ad vẽtrẽ imũ & pectinẽ & semẽ
vitijs vesice laborat. 81.
Si q̃s sanguinem aut pus aut
squamulas migit: & cũ graue
olẽtia in vrina exulceratio vesi
ce significatur. 82.
Quib⁹ i vrinario meatu tuber
cula oriunt: his suppuratione
facta & eruptiõe leuat dolor. 83
Mictio noctu copiose fctã exi-
guã fore deiectionẽ sig̃at. 84.
¶ Incipit liber quint⁹ aphoris
moꝝ qui hyppocratis a dño
theodoro gaza nup e greco in
latinum traductorum.



Conuulsio a
veratro letalis ẽ. 2.
Conuulsio a vulne-
re letalis est. 3.
Sanguinis multe profusionis
conuulsio aut singultus supue
niẽs malo est. 4.
Ex purgatiõe cõuulsio aut sin-
gult⁹ supueniẽs malo est. 5.
Si ebri⁹ q̃squã obmutuerit cõ-
uuls⁹ emorit nisi ꝓhens⁹ a febre
sit aut cũ ad eã venerit horã q̃
crapula soluitur facultatẽ reci
piat loquendi. 6.
Qui a distentione ꝓhẽdunt: in-
tra quartũ diẽ intereũt. Si tñ
hos dies euaserit: ꝯualescẽt. 7.
Cõnutiales q̃bus ante vbertá-
tẽ accidũt cõmutatiõez recipiũt
quib⁹ ãno vigesimo quinto cõ-
moriuntur. 8.
Costales nisi intra q̃rtũdecimũ
diez repurgant in suppuratiõez
vertuntur. 9.
Tabitudini maxie etas obno-
xia ẽ ab ãno decimooctauo ad
trigesimumquintum. 10.
Qui tabe ifestant: si qđ despuũt
& extussiũt grauit olet & capilli
defluũt: letale signũ ostẽdũt. 11.
Qui anginã euaserũt: his i pul
monẽ abscedit & intra septimũ
diẽ moriũtur. si tñ hos dies eua
serint suppurantur. 12.
Quib⁹ p tabẽ capilli defluũt. hi
alui fluxiõe supueniẽte moriũt. 13
Qui spumãtẽ sanguinẽ despuũt
his de pulmone educitur. 14.
Tabem detẽti fluxio alui acce
dens letalis est. 15.
Qui a costali supant si itra qua
dragesimũ diẽ a quo ruptio fa
cta est repurgẽtur leuãtur: alio
q̃n trãseũt in tabem. 16.
Calida si immodica sit detrimẽ
ta hec infert: corꝑis effeminatio
nẽ: neruoꝝ icõtinẽtiã: mẽtis tor
pedinẽ: sanguinis ꝓfusionẽ aie
defectionẽ: quib⁹ mors seq̃t. 17.
Frigidiora conuulsiones distẽ-
tiões: liuores algores febriles. 18
Frigida ossib⁹: dẽtib⁹ neruis: ce
rebro: medulle Dorsali inimica ẽ
Calida cõtra: amica est. 19.
Que p frixerit calefaciẽda sunt
exceptis his que sanguinem ꝓ
fundant. 20.
Frigida vlcerib⁹ mordax est cu
tẽ obdurat: dolorẽ isepabilẽ mo
uet: liuorẽ trahit: algores febri
les ꝯuulsiões distensionesq in-
uehit. 21.
Nõnunquam per distẽsionẽ si-

ne vlcere inueni bñ corporato
estate media frigide aq̄ larga
perfusio reuocat calorē: calor
autem mala hec tollit. 22

Calida suppuratoria vulnerū
oīm summū securitatis īdiciū
p̄stat: cutē mollit: extenuat do=
lorē: lenit rigores: cōuulsiones
distensiões mitigat: capitis au
tem grauitatem soluit: ossibus
fractis plurimū prodest: sꝫ pre=
cipue his que exuta sunt eorū=
qꝫ maxie his q̄ vlcera hñt caditꝰ
⁊ q̄ ab algore vel moriunt vl' vl
cerant: necnō repētibꝰ cōessis:
sedi gñali vtero: vesice opitu
latur: his calor amicus ⁊ decre
toriꝰ est: frigus inimicum atqꝫ
interimens. 23.

Usus frigide vbi sanguis p̄fū=
dit: attamē nō q̄ effluat sꝫ iuxta
inijciēda est. Quinetiam vbi in
flāmatiões sunt aut inflāmina
ad rubrū cruētūve tēdētia san
guine recēti. Nā veteribꝰ quidē
nigredinē affert: ignē ēt sacruꝫ
nō exulceratū iuuat: exulceratū
ledit. 24.

Frigida qualis nix aut glacies
pectori inimica sūt: tusses mouēt
⁊ sanguinē ⁊ distillationem. 25.

Tumores articulorū ⁊ dolores
sine vlcere atqꝫ etiam podagri=
cos dolores ⁊ cōuulsa aqua fri=
gida large effusa magna ex p=
te leuat: soluit: dolorē extenuat
torpor enim mediocris dolorē
mitigat. 26.

Aqua que cito calescit ⁊ cito fri
gescit leuissima est. 27.

Qui noctu bibere cupiunt: his
admodum sitiētibus si obdor
mierint bono est. 28.

Mēstrua ducunt suffitu aroma
tū: q̄ sepe vel ad alios vsus re=
siperent nisi caput tētarēt. 29.

Mulierē vtero gerentē purga=
bis medicamēto si materia tur
get quarto mēse ⁊ ad septimū
vsqꝫ: sꝫ eas minꝰ a recētiore au=
tē ⁊ ab auctiore cauebis. 30.

Mulieri grauide capi ab aliq̄
morbo acuto: letale est. 31.

Mulier pregnās sanguine emis
so ex vena abortū facit: ⁊ magis
si fetus auctior est. 32.

Mlieri sāguinē euomēti si mē=
strua eruperint: leuatio mali
cōtingit. 33.

Mulieri mēstruis deficiētibꝰ si
sāguis e naribꝰ fluxit bono ē. 34.

Mulieri p̄gnāti si aluꝰ nimium
fluxit piculū faciendi abortum
imminet. 35.

Mulieri quā vitia vteri īfestāt:
aut que difficulter parit: si ster
nutamētū supuenit: bono ē. 36.

Si mulieri mēses decolores nec
semp eodem tempore p̄ueniūt
purgatione opus esse significa
tur. 37.

Si muliere vtero graui māme
subito extenuāt abortio seqt. 38

Mulieri grauide gemīs si alte
ra māma extenuet alterū amit
tit ⁊ si dextera mamma extenua
ta est marem: si sinistra feminā
amittit.. 39.

Si mulier nō pregnās nō puer
pera habet: lac: menstrua eiꝰ de
fecerunt. 40.

Quibꝰ mulieribus sanguis in
vbera colligit īsaniā īdicat. 41.

Si nosse libuerit an mulier gra
uida sit mulsum ei bibendū da
bis cū itura cubitū est: post de
inde si venter torquet grauida
est si minus: nō est. 42.

Mulier si marē gerit probe co=
lorata est: si feminam decolor
est. 43.

Si mulieris pregnātis vterum

ignis sacer īfestat letale est. 44.
Que preter naturā tenues vterū gerūt: abortū faciunt donec crassescant. 45.
Mulieres q̄ mediocriter corpulēte abortū faciūt scdo mēse aut tertio sine cā māifesta: his acceptabula vteri plēa mucoris sunt ita ne fetū ɔtinere possint: sʒ pre suo pondere ꝑrūpat elabatq; ꝑtus necesse sit. 46
Que preter naturā crasse cōcipere nequeūt: his vteri os abomēto cōprimitur: itaq; impleri donec extenuent non possunt. 47.
Si vter⁹ in coxa positus suppuratur liciamentum recipiat necesse est. 48.
Fet⁹ q̄ mares sūt ꝑte vteri dextra ɔtinēt: qui femine magis sinistra. 49.
Si scda ꝓcidit sternutatorio apposito: naris ꝛ os apꝑhēdim⁹. 50
Si mēstrua sistere placet cucurbitulā grandem appōe ad mammas. 52.
Que vterum gerunt: his vulua se comprimit. 51.
Mulieri grauide si lac effluit e māmis fetū ībecillē eē sigt. At si māme sūt firme ac solide: fetū esse validiorē significatur. 53.
Que abortū facture sūt: his māme extenuātur. Sʒ si denuo durescāt: dolori māmis fatigauit aut in coxis: aut ī oculis: aut in genib⁹: itaq; nō faciet abortū. 54.
Quib⁹ vteri os durū est: his cōpressum id esse necesse est. 55.
Que vterꝰ gerētes a febrib⁹ capiūtur: valdeq; extenuātur sine cā māifesta he difficulter ꝑiūt ꝛ cū ꝑiculo: aut abortū faciētes periclitantur. 56.
Si ꝓfluuio mlieris cōuulsio aut aīe defectio supuenit: maloē. 57.
Si mēstrua immodice fiūt: morbi accidūt. Et si nō fiunt: morbi matricarij accidunt. 58.
Uteri aut recti itestini inflāmatiōe vrine stillicidium accidit. Rhenibus ēt purulentis vrine stillicidium sequitur. 59.
Si mulier nō cōcipit ꝛ scire plꝫ an cōcipere possit veste obuolutā suffles infra. Nā si ordor trāsmitti ꝑ os ad nares videbit nō esse sua culpa sterilē cogsces. 60.
Si mulieri grauide mēstrue purgationes ꝓdeunt fieri non pōt vt fetus bene valeat. 61.
Si mulieri mēstrue purgatiōes nō prodeūt: nec horror aut febris supuenit ꝛ fastidia accidūt grauidā esse arbitrare. 62.
Mulieres q̄ ꝑ humidos habēt vteros cōcipe nequeūt q̄ ēt frigidos spissosq; habēt nō cōcipiūt: fet⁹ eni extiguit. Necnō sicci et admodū calidi cōcipe nō possūt genitale ei semē corrūpit ꝓpter inopiā alimēti. que aūt modice temperatos obtinent vteros he valent fecunditate. 63.
Pari mō vt marib⁹ euenit: aut ei ꝑꝑ corpislaxitatē difflat euāescitq; spūs. ne semē genitale trāsmitti possit. aut ob spissitudinē hūor nō foras decedit. aut ꝑꝑ frigiditatē foueri nō patit vt ad eū colligat locū. aut ꝑꝑ nimiū calorē hoc idē accidit. 64.
Lac febricitanti dari aut capite dolēti malū ē ꝛ q̄b⁹ ilia suspensa murmurāt. ꝛ his q̄ sit ibūdi sūt Nocet ēt q̄b⁹ ꝑ febres acutas biliose diectiōes ꝓdeūt ꝛ q̄b⁹ sanguinis multi deiectio facta est ꝛ Cōpetit tabe ɔfectis nisi admodū febriū. Dādū ēt ī febrib⁹ lōgis tussibūdis. si nec vllū expdictis vrget pt rōnē eger ɔlūit. 65

Quib⁹ tumoresin vulnerib⁹ap parēt:hi nō maxie ɔuellūt neq̧ i saniūt sʒ deletis tumorib⁹ aliis de repēte ɔuulsiōes a tergo ⁊ di stēsiōes accidūt aliisaūt isania aut lateris dolor acut⁹ ⁊ vōica aut difficltas itestinoꝝ si tumo res sunt rubicūdi. 66.

Si ivulnerib⁹ validis:⁊ prauis tūor fiappet malū ē magnū.67.

Vuln⁹molle ⁊ cedēs bonū ē:cru dū ⁊ renitēs malū. 68.

Dolēti ptem capitis posteriorē frōtis venam surrectā incidisse prodest. 69.

Mulierib⁹frigora ichoant a lū bis ⁊p dorsuʒad caput ɔueniūt virisēt in pte posteriore corpis poti⁹q̄ ō pore:hbigra cubitoꝝ aut femorū cutis etiā rara est: qd plus declarat. 70.

Qui a quartanis capiuntur nō admodū cōuulsiōib⁹ capiunt⁊ si anteacapiebātur:q̄rtana sup ueniente liberant. 71.

Quoꝝ cutis obtēdit squalida ⁊ sicca:hi sine sudore moriūt.Cō tra quoꝝ cutis laxa solutaq̧ ē: hi obeūt cū sudore. 72.

Qui regio laborant:hi non ad modum inflantur.

¶Incipit lib.vi. Aphoris. Do. hyp.a.d.Theodoro gaza egre co in latinū nup traductorum.



In longis le uitatib⁹ itestinorum ruct⁹acid⁹supueniēs q̄ nō extitit prius si gnū est bonū. 2.

Quib⁹nares humēt aut genitu ra:hi valitudiarii degūt qb⁹ eʒ rio ē melius valent. 3.

In lōgis difficultatib⁹ itestioꝝ fastidiose iedie male sunt:peio res si accidūt cū febre. 4.

Vulnera obglabrata praua sūt.5

Dolores aut pectoris aut core aut cuiusuismēbri an multū in festent aiaduertendū est. 6.

Vitia rhenuʒ ⁊vesice seniorib⁹ difficulter sanantur. 7.

Dolores ventris si suspensi sūt leuius:si non suspensi grauius infestant. 8.

Ulcera aq̄ inter cutē que in cor pore fiūt nō facile sanant. 9.

Pustule late nō admodum pru riunt. 10.

Dolēti caput ⁊vehemēt laborā ti pusaut aq̄ aut sanguiseffus⁹ per nares aut aures egritudi nem tollit. 11.

Vitiis atre bilis ⁊rhenū simari sce supuenerint bene erit. 12.

A mariscisdiuturnissanato:ni si:vna seruet piculum vel aque inter cutem vel tabitudinisim minet. 13.

Singultiēti si sternutamēta su puenerit:tollūt singultū. 14.

Ab aqua iter cute detētus si aq̄ p venas in ventrem defluxerit morbo soluetur. 15.

Fluore alui diutino detento vo mitus sponte superueniens tol lit fluorem. 16.

Costali aut pulmonia detēto si alui fluorsupuenerit malo ē.17.

Lippientem deprehendi alui fluore bono est. 18.

Sivesica pcidit:aut cerebꝛ aut cor:aut pcordia:aut aliqd ex te nuiorib⁹ itestinis:aut vēter:aut iecur letale est. 19.

Cum precisuʒ os est:aut cartila go:aut genepticula tenuis:aut preputium:nec augeri:neq̧ coa lescere potest. 20.

Si sanguis preter naturā in vē treʒ transfunditur suppuretur necesse est. 21.

Si varices aut marice inſaniẽ
ti ſuꝑuenerint:iſania ſoluet.22.
Quecũqꝫ rupta de dorſo ad cu=
bitũ deſcendũt:ſanguine detra
cto ſoluunt. 23.
Si meſtitia ⁊metꝰ lõgo tꝑe te=
nent atra bilis in vitio eſt.24.
Si qđ inteſtinũ ex tenuioribꝰ ꝑ
ciſum eſt nũqꝫ coaleſcit. 25.
Ignẽ ſacrũ deforis ꝟti itrorſuꝫ
nõ bñ ẽ:interiꝰ foras bñ ẽ. 26.
Qui ꝑ ardores cõtremiſcũt his
deliriũ affert ſolutionẽ. 27.
Qui ſuppurati aut aꝗ iter cutẽ
laborãtes vrunt aut ſecant:oẽs
intereunt:ſi pus aut aꝗ vniuer
ſa effluxerit. 28.
Spadões neqꝫ podagra laborãt
neqꝫ calui efficiũtur. 29.
Mulier podagra nunqꝫ laborat
niſi mẽſtrua defecerint. 30.
Puer podagra nõ laborat añqꝫ
concũbere incipiat. 31.
Dolores oculoꝝ ſoluit aut me=
ri potio:aut balneũ:aut fomẽtũ
aut vena inciſa.aut medicamẽ
tum epatum. 32.
Qui vitio lingue balbutiũt.hi
maxie ab alui ꝓfuſiõe longa ca
piuntur. 33.
Qui acida ructãt:nõ admoduꝫ
coſtali morbo laborãt. 34.
Qui calui ſunt:his varices grã
des nõ fiũt.Quibꝰ aũt caluis va
rices ſuꝑuenerit:his capilli de
nuo ſubnaſcuntur. 35.
Aqua inter cutẽ laborãti ſi tuſ=
ſis ſuꝑuenit malo eſt. 36.
Difficultatẽ vrine vena iciſa ſol=
uit incidẽde ſunt interiores.37
Ab ãgina detẽto ſi tũor i collo ex
titit:bono ẽ:foras ei morbꝰ dece
Quibꝰ cãcri occlti fiũt(dit.38.
eos nõ curari meliꝰ ẽ.ꝗ em curã
tur celerius pereũt.ꝗ nõ curant
diutius durant. 39.
Cõuulſio fit vł ianitiõe vł reple
tiõe eodẽqꝫ mõ ſingultus. 40.
Quoꝝ ilia dolores fatigãt ſine
inflãmatione:his febris ſuꝑue
niens ſoluit dolorem. 41.
Quibus ſuppuratũ ꝗd in corꝑe
abditum non innoteſcit:id ꝑꝑ
craſſitudinem vel puris:vel lo
ci deliteſcit. 42.
Arquatis iecur effici duruꝫ ma
le eſt. 43.
Lienoſis ꝗ a difficłtate iteſtioꝝ
capiũt:ſi ea ipa difficłtas lõga ẽ
aꝗ int cutẽ ſuꝑuẽiet:aut leuitaſ
iteſtioꝝ atqꝫ ita iterimẽt.44.
Quibꝰ ꝑ ſtillicidiũ vrine ſuꝑue
nerit voluulus:intra ſeptimum
diẽ moriũtur niſi febre ſuperue
niente vrina effluat ſatis. 45.
In vlceribꝰ annuis aut etiã diu
turnioribꝰ os diſcedere cicatri=
ceſqꝫ effici cauas neceſſe eſt.46.
Qui gibbi ex ãhelitu aut tuſſi ef
ficiũt añ pubertatẽ itereũt.47.
Qui leuãdi ſanguie aut ſũt me
dicamẽto purgãdi.his ꝟno tꝑe
vel cultello ſoluẽda ẽ vena: vel
medicamẽtũ adhibẽdũ eſt.48.
Lienoſis difficultas inteſtinoꝝ
ſuꝑueniẽs bono eſt. 49.
Podagrici morbi inflãmatione
ſedata intra quadrageſimũ diẽ
deſiſtunt. 50.
Quibus cerebrũ preciſum ẽ his
febrẽ ⁊ bilis vomitũ ſuꝑuenire
neceſſe eſt. 51.
Quibꝰ bñ valẽtibꝰ dolores ſubi
to accidũt capitis ſtatiqꝫ obmu
teſcũt ⁊ ſtertũt itra ſeptimũ diẽ
pereũt:niſi febris ꝑhẽdat. 52.
Oculoꝝ ſuſpectões ẽt ꝑ ſomnũ
obſeruaſſe cõſiliũ ẽ:nã ſi ꝗd cã=
dide ꝑtis inſpicit palpebris nõ
vndiqꝫ ſibi ꝯmiſſis nec alui flu=
or aut medicamẽti potio i cã ẽ
prauũ hoc ſignũ:letaleqꝫ admo

dum est. 53.
Deliria q̄ cũ risu accidũt tutiora sunt q̄ que serio. 54.
In affectib⁹ acutis q̄ affligãt cũ fe. suspiria luctuosa mala sũt. 55
Podagrici morbi vere et autũno magna ex pte mouentur. 56.
Attibiliariis morbis in picula hec decũbitur: stuporẽ corpis: aut cõuulsionẽ aut furorẽ indicãt aut cecitatem. 57.
Stupores attoniti potissimũ veniũt a. xl. ad sexagesimũ ãnũ. 58
Si omentum decidat putrescat necesse est. 59.
Quibus a coxendice infestatis coxa recedit et redit: his mucores ea in pte gignũtur. 60.
Quibus a coxendice infestatis diutina recesserit coxa: his crus cõtabescit et claudicat nisi aduratur. 61.
¶ Incipit liber septimus aphorismorũ dñi Hyppo. e greco in latinũ nuper a dño Theodoro gaza translatorum.

In morbis acutis frig⁹ partiũ extremaruz malo est. 2.
In osse egrotante caro liuida: malo est. 3.
A vomitu singultus et oculoruz rubor malo est. 4.
Horror a sudore nõ bono est. 5.
Ab insania difficultas intestinorũ aut qua inter cutẽ aut mentis alienatio: bono est. 6.
In morbo diuturno inedia et deiectionis: sincere malo sunt. 7.
Ex multa potione rigor aut delirium malo est. 8.
A vomice ruptione interna resolutio aut vomitio aut aie defectio euenit. 9.
A sanguis pfusiõe mentis commotio aut cõuulsio malo est. 10.
A voluulo vomitus: aut singultus: aut mentis commotio: aut cõuulsio accidẽs malo est. 11.
A costalli pulmonia: malo ẽ. 12.
A pulmonia deliriuz malo ẽ. 13.
Per estus vehementes conuulsio aut distensio malo est. 14.
In capitis ictu stupor aut mentis commotio malo est. 15.
A sanguinis sputo puris sputũ malum. 16.
A puris sputo tabes et fluor: cũq̄ saliua substitit moriũtur. 17.
A iectoris inflãmatione singultus malo est. 18.
Ab i somnio conuulsio aut mẽtis cõmotio: malo est. 19.
Ab ossis exutione ignis accidit sacer. 20.
Ab igne sacro putredo aut suppuratio sequitur. 21.
A forti vlcerũ pulsu sanguinis profusio sequitur. 22.
A ventris dolore diutino suppuratio sequitur. 23.
A deiectione sincera sequit difficultas intestinoꝝ. 24.
Ab ossis precisione stupor et delirium incidet. 25.
Conuulsio ex medicamenti potione letalis est. 26.
In vẽtris dolore forti algor partium extremarum: malo est. 27.
Si mulier vterum gerenti tenstia acciderit abortũ patiet. 28.
Quodcũq̄ os aut cartilago precidit in corpe increscere non potest. 29.
A pituita alba detento si alui fluor supuenerit vehemẽs egritudinem tollit. 38
Quibus per alui fluorem deiectiões spumãt his pituita a capite defluit. 31.
Quibus febricitantibus vrine sedimentũ speciem farine crassioris refert: longaz egritudinẽ

forte significat. 32.
Quibus sedimen biliosum de-
super tenue est: acutum signifi
cat morbum. 33.
Quibus vrina deducta disiecta
q3 est: his perturbatio vehemēs
in corpore est. 34.
Quib⁹ vria bullat: his fore mor
bū rhenalē & lōgū significat. 35
Quibus sedimen pingue cōge-
stumq3 est: his rhenale vitium
acutum indicatur. 36.
Quib⁹ igit̃ vitio rhenali deten
tis predicta accidūt signa: eos
dolores circa musculos spine fa
tigāt: qui si locis exteriorib⁹ ac
cidūt abscessus q̄3 futuros eodē
existimato. Sed si interiorib⁹
magis laboratur. int⁹ abscessus
quoq3 fore expecta. 37.
Uomitio sanguinis sine febre
salutaris est cum febre malo est
curandum acerbis & refrigerā-
tibus. 38.
Distillatiōes in vētrē supiorez
suppurant̃ intra dies viginti. 39
Si q̄s sanguinē mīgit & grumos
atq3 vrine stillicidio affligitur &
dolore femorum ventris imi pe
ctinisq3 infestatur morbū circa
vesicā esse significatur. 40.
Si lingua subito incontinēs fa
cta est aut pars aliq̄ corpis stu-
pore elanguit vitium hoc esse a
tre bilis certum est. 41.
Si mestitia & metus longo tpe
tenēt atra bilis in vitio est. 42.
Si natu maioribus ppurgatio
nem singultus supuenit nō bo-
no est. 43.
Si feb. ortum nō ex bile trahit
cal̃e copia capiti affusa tollit fe
brem. 44.
Mulierem fieri ambi dextram
natura non patitur. 45.
Qui superati adurūtur: si pus
effluit purum & album euadunt
si cruentum feculentum et feti-
dum pereunt. 46.
Quorum iecur suppuratū & adu
ritur si pus effluit purum & al-
bum euadunt: his enim conclu
sum in membrana est pus sed si
qualis amurca est tale effluxit
intereunt. 47.
In oculoꝶ doloribus sanguinē
detrahe cum prius vinum p po
tionē exhibueris & ex calida aq̄
multum dilueris. 48.
Qui aqua inter cutem laborat
si a tussi tenetur desperandus
est. 49.
Stillicidium & difficultatez vri
ne potio vini & detractio sāgui
nis tollit: incidende sunt vene
interiores. 50.
Ab angina detēto si tumor aut
rubedo pectoris superuenit bo
no est. 51.
Quib⁹ cerebrū sphacelatū hoc
est sideratū est: intra tertiū diē
moriunt̃. At si ab his dieb⁹ eua
serint sanitati restituent̃. 52.
Sternutamentum fit ex capite
cerebro calefacto aut humefa-
cta pte capitis inani. Aer enim
vbi cōtentus erumpit & cū stre
pitu: quoniam per angusta exi
tus datur. 53.
Qui dolore iecoris admodū cō
flictantur: his febris supueniēs
leuat dolorem. 54.
Quib⁹ sanguinē trahi prodest:
his vere detrahendus est. 55.
Quib⁹ inter ventriculū & venas
pituita constituta infert dolorē
vt pote que ad alterutrum ven
trem exitu careat: his pituita p
venas in vesicam delapsa mor
bus leuatur. 56.
Quibus iecur aqua repletū in
omentuz erūpit: his vēter aqua

impletur atq3 ita moriuntur. 57
Pandiculationē oscitationē horrorē vinū par pari ingestū tollit egritudinem: 58.
Quibus tubercula in vrinario meatu oriunt:his suppuratiōe fctā et eruptiōe leuat dolor. 59.
Quorū cerebrū cōcussuz aliqua ex cā ē:eos repente obmutescere necesse est. 60.
Corporib⁹ humidis fames afferēda est fames em̄ corpora reddit sicciora. 61. 62.
Ubi in toto corpe mutatio fit:et mō corp⁹ frigescit:mō calescit: aut calorē aliū ab alio recipit: longitudo morbi significat. 63.
Sudorꝫ copia calidi aut frigidi fluētis humorē deduci robusto supra:debili ifra sigt. 64.
Quecūq3 nō intermittentes tertio die vehemētiores reddūtur magis periculose existunt:sz si quouis mō intermittunt securitatem inesse significatur. 65.
Quos febres diutine habēt:his i articulos abscedit:si labor accidit. Quib⁹ aūt i articulos abscedit:si labor ex febre accidit hi cibo pleniore vtuntur. 66.
Quib⁹ tubercula diutina aut i articulos dolores ex febre decūbunt. 67.
Si cibū febricitāti des:vt vires sano:sic morbū egro dderꝫ. 68.
Que per vesicam excernunt cōspiciēda sunt an talia sint qualia exeunt sanis. 69.
Quorum deiectionib⁹ si stare sinas nec moueas subsistūt qua si strigmēta:si pauca sunt parū morbi cōtractū est. si mlta. multū his aluū purgasse ꝯducit.
Qd si aluo non purgata dabis sorbitiones nocebis. et quo pl⁹ dederis eo magis nocebis. 70.
Excretiōes in febribus nō interpollatis liuide cruēte biliose fetide male sunt oēs. At si bn̄ excernitur bene est:et qd tum p vētrē tum per vesicam et quacunq3 secedēs aliquid subsistit nō purgatum malo est. 71.
Corp⁹ efficere fluidū oportebit quocūq3 euacuandū censueris si supra firmari aluum: si infra solui necesse est. 72.
Somnus aut insomnia si alterutrum vltra debitum fiat morbus accidet. 73.
In febribus nō interpollatis si exteriora frigent interiora vrūtur et sitiunt letale est. 74.
In febre nō iterpollata si labiū aut ocul⁹ aut supciliū aut nas⁹ puertit:si visus si audit⁹ defecerit egro iā debili qcqd ex his accidit. mors in propinquo est. 75
A pituita alba aqua inter cutē sequitur. 76.
Ab alui pfluuio difficultas itestinorum. 77.
A difficultate itestinoꝝ leuitas intestinorum accedit. 78.
A sideratione abscessus accidit ossis. 79.
A sanguis vōitōe tabes et purꝫ purgatio supra:a tabe fluctio d capite:a fluctione pfusio alui. a profusione alui astrictio purgationis superioris:ab astrictiōe mors. 80.
A sanguinis sputo puris sputū et fluor cūq3 saliua subsistit moriuntur. 81.
Qualiscūq3:aut per vesicā aut per aluum:aut per carnem excretio fit quacunq3 omnino corpus excedit naturam: si parum excedit pua e egritudo:si multum magna:si admodum multum letalis est.

¶Diui hypocrat; medici apho rismorum finis: a dño Theodoro gaza medico nup e greco in latinũ trãslator. Deo gratias.



His tamen ad tollẽdũ studẽtiũ laborẽ addere decreui aphorismos medicine ptinẽtes: nõ solũ eos qui ad curandũ morbos pncipalr cõferre decernũtur: verũ & pronosticos q in curis morborũ etiam magni sunt adiuuamenti.

¶De egritudinibus capitis. Caplm.j.

De dolore capitis.

Quibuscunq; in febribus vrine conturbate velut subingalium his capitis dolores assunt. Apho.71. quarte particule.

Lac dare caput dolentibus malum. 64.5.

Posteriora capitis dolẽtia: vena frõtis incisa iuuat: & maxime põt poni ex eadem causa. 67.5.

Duor dolor qui sil'fiunt: & nõ sm eodẽ locũ: maior denigrat minorẽ faciũt etem hi.p canone qui est diuisio. 40.2.

Dolores in laterib⁹ & in pectoribus: & i aliis ptib⁹ si multũ durãt ad discernẽdũ mali sũt. 56.

Dolores & tumores circa vẽtrẽ existẽtes: superiores quidem leuiores: non superiores vero fortiores. 7.6.

Caput dolenti: & circundolenti sanies aut aqua: aut sanguis defluens: sm aures: aut sm nares aut fiz ossoluit egritudinẽ. 10.6

ratro i ꝑmis euinci: victū mode
rari cōuenit: aliter victū ab aq̄
repeti n̄ alienū ē: vinū neq̧ gu
stare ꝑt̄q̧ tenuissimū lene dilu
tū. Itē ab asrib⁹ siccātib⁹: fal=
sis calefaciētib⁹ abstinere: nec
n̄ exercitatiōib⁹ nālib⁹ ⁊cursib⁹
i vestimēto vti ꝗ̃ plimis absit
frictio: lucta: saltatio: ⁊ vehe=
mēs exagitatio molit cubet de
sideat ꝑterq̧ nālib⁹: laborib⁹.
Post cenā deābulet. Bonū ēt ē
foueri s3 fomēta subide vome
re. Ad trigesimū diē: ne ipleat.
iplet⁹ bis i mēse vomitū a dul
cib⁹ hūidis ⁊ lenib⁹ prouocet.
Que aliūde alio nlla necessita=
te aut vi vrgēte: vagant: alm so
licitudie ⁊ cura affici docent
huic nēpe ꝓdest ex toto ꝯq̄esce
re: ⁊ aim ad spectacula risū ꝑci
pue mouētia ꝰtere. Si min⁹ ad
id saltē qd̄ ꝑ biduū aut triduū
spectādo mēs exhilaret. post n̄
stet. si id n̄ ꝓderit: egrotationē
eē metuēdā. Oino stelle q̄ circū
ferētia pure ⁊splēdide d̄labi ac
oriētis ꝑtē petere videt. bōe va
litudis testimōia sūt: ꝑpea qd̄
q̄cq̄d vl' i corpe ē spatū: vl' i aluo
excretū vl' i carne pululās id ꝓ
be oē occidui circuitu cui recte
adheret excidit. Que ꝰo ex il=
lis nigre ⁊ obscure siue ad occi
duū siue i mane siue i t̄rā siue
paulo supra deferri videt mor
bos denūciās. Que. s. q̄uedies
q̄ i mare: malos alui hit⁹: q̄ in
terrā: tubercula in carne maxie
nascētia his ꝯfert tertiā portio
nē cibis d̄mere exercitatoq̧ vo
mitu i q̄ntū diē victū tēperare
alio deiceps q̄nto die cuiusli=
b3 gn̄is cibū adhibere. Tū ite
rū fcō vomitu ad eūdē supiorē
victū redire. his deniq̧ celesti=
b⁹ isidereq̄cq̄d tibi videbit pur
⁊ hūidū: bonā valitudinē ondit
Qm̄ id ab ethere d̄scēdisse i ho
minē. Tale āt aio repsentari q̄
le hoies itrauerit. Ecōtrario ni
grū q̄dlib3 i purū ⁊ minie illu
stre: mali morbi: nō ab ipletiōe
certe aut exinānitiōe: s3 ab exter
na cā instantis iudiciū habet
huic ergo cōducit multa vt cur

rere: vt q̄ꝫ minima corpis liq̄fa-ctione: ac spiritu spissimo vsus aduētitiū malū ꝓpellat: ptinus q̄ꝫ sm̄ cursuꝫ acrib᷒ deambula-tionib᷒ vtendū: vict᷒ aūt in q̄r-tū diē mollis ⁊ leuis adhibeat̄. Quodlibet tibi a deo puꝝ dari visum: secūdevalitudinis signū est q̄ ingredientia corpuspura sint. Cuiuscūq̄ꝫ hoꝝū ꝫrūꝫ inspe-ctio extiterit: nō est bonū. Mor-bū em̄ corp᷒ inuasisse ꝯstat. Idq̄ꝫ hūc sicut priorē curari opus est Aquā lenē sereno celo sinevehe menti quidē madefactione aut graui tempestate pluere videri bonū: tēperatū nāq̄ꝫ ⁊ purū e ce lo spm̄ intrasse demōstrat. Ecō-trario magnā ipure aq̄ vix cū ꝓ cella ⁊ grādie pluere: morbū ab aduētitio spū notat. Silr̄ hūc te nui victu ⁊ cibis oī modo perq̄ꝫ paucis vtiq̄ꝫ oportere. Si q̄ cele stiū astroꝝ signa cognoscēdi iu dicio ꝑdit᷒ fuerit: debebit ex ill̄ cū sibi suiq̄ꝫ valitudini vict᷒ ge nere ꝓspicere: tū etiā dijs suppli care. Pro bonis q̄dē. Soli ioui celesti ioui terrestri. Minerue ter restri Mercurio: apollini: Pro ꝫrijs aūt Dijs maloꝝ auersori bus terre ⁊ heroib᷒ vt oīa gra-uia ⁊ aduersa a nobis auertant Insup ēt ex sōno ꝓpinquāt qđ a criter itueri: aut audir̄: tuto īce dere secure ⁊ sine vlla formidīe curret̄. Itē terrā planā bn̄q̄ꝫ cul tā arbores florētes ⁊ fructuosas ⁊ mites fluuios ꝓ more aq̄ lipi-da: nequaq̄ꝫ iusto pleniores mio resue fluētes fontes itidem ⁊ pu teos insōnio aū oculos obserua ri: his oīb᷒ indicijs cū corp᷒ bn̄ hr̄e tū ꝓo oēs circuit᷒ ⁊ vict᷒ atq̄ꝫ excremēta ꝓ nā eē cognoscūtur Q̄cq̄d istoꝝ ꝫrīū apparet: malide

trimenti est. Nā auditum ledi-circa caput esse noxā docet. Igi tur matutine: quinetiā sm̄ cens aptissime erūt deābulatiōes ad dito superioris vict᷒ genere. Cru rium offensa vomitu cōuellēda est pleniore luctavtēdū: seruata eadē in cibis rōne. Aspera corp᷒ impurū esse dicit. rex amat plu-res post exercitationē deambu latiōes. Arboꝝ sterilitati hūa-ni corporis pnicies ostenditur. Siq̄dē sine folijs arbores ab hu midis ⁊ frigidis detrimētū: cuꝫ folijs aūt sed sine fructu a cali-dis: ⁊ siccis: vtilr̄ vict᷒ rōne hec refrigerāt ⁊ humefiūt: illa siccāt ⁊ calefiūt. Fluuij non pro natu-ra fluētes sanguinis circuitū si gnāt: largi᷒ quippe excessū: mi nus defectū. Cōmodū igit̄ ē vi-ctu hoc iplere: illud tenuat̄. Si ipuri fluūt: pturbatiōnē significāt. purgāt āt a cursib᷒ ⁊ deābu lationib᷒ multo spū citati. No-cturne fontiū ⁊ puteoꝝ imagies ventos circa vesicā esse idicio sunt. Res igit̄ vrinā mouentes ad purgationeꝫ aptissime sunt. Mare turbatū aluis maluꝫ sub esse testimonio est. Auxilio sūt res aluum soluētes leues ⁊ mol les. Terra vel dom᷒ mouēs sano aduersaꝫ valitudinē. Egro sani tatē ⁊ instātis mutatiōnē polli-cet̄. Ualēti ideo victum mutare perutile ē: qđ totū a phīti corp᷒ afficitur. Egrotāti aūt in eodē persistendū: q̄ ab instante cor-pus mutatur. Terrā vel a mari: vel ab alia quapiā aquaꝝ mul titudine inundari: egrotatiōeꝫ multe q̄ in corpore inest humi-ditatis expectandā esse testat̄. Quare vomit᷒ prādij intermis-sio exercitationes sicci vict᷒ per

necessarij sunt. Deinde ex modi
cis ⁊ parũ assumẽdo ad ꝯsuetu-
dinem reuertendum. Uticꝫ nec
id i boni sẽ i somno terrã nigrã
aut crematã videre. Qñdo qdẽ
in vehemẽtẽ ⁊ mortiferũ morbũ
incidere piculosissimũ est. Sicci
tatis em̃ exuperantiã carni istã
tẽ deprehendit. Laborib' ergo.
Itẽ in cibis quicqd sicci calidi
aeris ⁊ vrinã mouẽtis: demẽdũ.
vict' esse d₃ ptisane decoctũ ius
res deniqꝫ oẽs molles leues et
modice qdẽ: potui vinũ dilutuꝫ
albũ copiosi' dãdũ ẽ. balneo fre
quẽtiore ⁊ calido vtẽdũ. Sꝫ ꝟo
minime ieiuno: emolliat᷑: cõqe-
scat. frigus solẽ caueat. Telluri
mercurio heroib' diuinã rẽ fa-
ciat. In palude sine mari flumi
nib' natare videri: nõ bonũ. Qr
humidi excessuꝫ testat᷑ opꝫ hũc
ꝑperare victui ⁊ se exercer᷑: febri
citãti aũt bonũ ꝙ calidũ ab hu
midis extinguit᷑. Quicqd neqꝫ
maius minusue: sꝫ ex cõsuetudi
ne ⁊ ꝓ sui natura eẽ apparuerit
ꝓ bono valitudinis habet᷑. Ue-
stẽ candidã siue pulcherrimos
calceos indui bonũ. Qδ ex mẽ-
bris mai': nõ bonũ: vticꝫ qδ mi-
nus opꝫ, vict' rõne hoc augeri:
illud minui. Nigra oĩno morbi
da atqꝫ piculosa sũt. Utilr emol
liũtur ⁊ humefiũt. Nonã muta
tionẽ ꝑdicũt. Puros ⁊ i albis ve
stimẽtis mortuos videre: bonũ
Itẽ ab illis aliquid puri accipe
re in nobis ẽ. Nã ⁊ corpis ⁊ reꝝ
ingrediẽtium integritatem de
clarant. Ex mortuis quippe nu
trimenta incremẽta ⁊ semina ꝓ
ficiscũtur. ꝓpterea qꝫ hec si plu-
ra in corpus serpunt: sanitatis
sũt. Rursũ nudatos vł pullatos
vel sordidos vel e domo qd ca-

pientes auferẽtes ue cõspici: nõ
aptum. Morbuꝫ ideo arguit qꝛ
res corp' ingrediẽtes noie sũt.
Confugienduꝫ ergo ad cursus
atqꝫ deãbulationes: ac vomitu
facto alimentum molle et leue
adhibẽdũ. Corpora quecũqꝫ in
somnijs deformia in cõspectum
veniũt: hominẽqꝫ terrẽt insoliti
cibi satietatẽ: excremẽtum: cho
lerã: deniqꝫ morbum piculosum
exponũt. Necesse itaqꝫ erit vo-
mitũ mouere: ⁊ in quintum diẽ
cibis ꝙꝫ leuissimis et modicis
minimeqꝫ acrib' siccis ve aut ca
lidis: ꝑsertimqꝫ laborib' natura
lib': preterqꝫ ꝑꝫ cenã deambula
tionib'. Item balneis: sed vero
calidis ac quiete vti a sole pre-
terea ⁊ frigore cauẽdũ ẽ. In som
no videri qd assueti potus aut
cibi sumere: alimẽti inopiaꝫ ac
animi laborẽ ꝓbat atqꝫ carnes
validissime qδ maximi excessus
infirmissime aũt minoris. Ut ei
qδ assumit᷑ bonũ: itaqꝫ est quod
apparet. Cibis ideo demẽdũ ẽ
quod alimẽti exuperãtie id te-
stimoniũ sit. Similiter etiã pa
nes caseo ⁊ melle confecti i som
no edi si videant᷑: eiusdem signi
sunt. Aq̃ pura epota: bonũ r̄liq̃
ꝟo oẽs noxie. q̇cq̇d assueti hõspe
ctare vr̄: animi desideriuꝫ testa
tur. Quodcunqꝫ vero fugit per-
territus: sanguinem a siccitate
infestãteꝫ detegit. Utilissime ꝙ
corp' refrigerat᷑ ⁊ humefit. Pu-
gnare vulnerari: cruẽtari vinciri
corpori secretionẽ circuit' limi-
caꝫ ꝯtigisse signo sunt. Optimũ
igitur est attenuare deãbularũ
cibis facilibus vti. Tum scδm
vomitum intra quinqꝫ dies sibi
tẽperandũ. Quinetiam ex visis
errores: vagatiões ascẽsus ma-

li ⁊ graues ↄtigũt. Fluuioꝝ traiect⁹: armati hostes: diuersi generis mõstra: egrotatõis siue isanie argumẽta sunt. Pernecessariũ igit̃ sic errãtib⁹ sũt cibi modici leues ⁊ molles. Tũ porro ꝑmulte: ꝑterq̃ post cenã exercitatiões. Necnõ ad q̃ntũ diẽ cũ vomitu vict⁹ paulatim tẽpat⁹ sit. Insuꝑ a calidis balneis desidia frigore sole canẽdũ. Hec q̃ seruare voluerit: put vict⁹ rõ dictata vobis quantũ ꝑ hominẽ deo iuuãte fieri potuit: excogitata inuentaq; his semꝑ in vita bñ valere poterit.

¶ Et ad dei oĩpotentis laudez cũ libro de insomnijs iponit̃ finis oibus operib⁹ hypocratis que ad manus nostras perueni re potuerunt.

¶ Joannis Damasceni medici clarissimi Aphorismi icipiũt.



Liberet te deus fili amãtissime a deuio erroꝝ ⁊ invia cõseruet ꝑspitatis: atq; meũ velle de te mihi dignet̃ posse cõcedere: atq; in eodẽ agilez facere: sic desiderium tuũ iunctum meo compiat in te. Nouerit dilectio tua fili mi: q: petitionem tuam de aphorismis medicine scribendis propter nihil aliud prolõgaui nisi quia verebar ne aliquãdo fastidires tui d̃siderũ meam longitudinem velle tẽtare: ⁊ ↄctãdo cognoscere. Jã nũc vero quantum inde cognouerim sufficere videatur: quia cuz maiores nostros peritissimos viros quemq; fastidiosuz noueris sepe arguisse non egre' tibi ferendũ est. Ceterũ ipse p̃sensisse potes me semꝑ vtilitatem tuã quesiuisse: ⁊ nunq̃ te deserẽdo plus aliũ coluisse. Deus oĩpotens dirigat mentẽ tuam in beneplacito suo ad vtilitatẽ seruoꝝ suoꝝ. Ecce iã aphorismos quos me scribere rogasti: tue dilectioni mando.

¶ Cere in medicina immẽsa: ꝓfunditas est. 1

¶ Opari aũt scðm libros absq; perfecta rõne ⁊ solerti ingenio: molestum est. 2.

¶ Ingeniũ aũt naturale adiuuat artẽ ⁊ naturã regentẽ: ↄ̃iuz autem contraria. 3.

¶ Abũdãter aũt libros priorũ veteꝝ relegere: ⁊ secreta eoꝝ diligẽter discutere: iuuat oẽm sapientem ⁊c. 4.

Uita breuis est ad cognoscẽduz vires oim terre nascentium. 5.

¶ Tu aũt ea q̃ palã sũt: ⁊ i q̃b⁹ oẽs ↄueniũt ⁊ maxie q̃ ꝓbasti tene. Que ṽo i dubio sũt ⁊ in q̃b⁹ dissentiũt omitte. 6.

¶ Illud ṽo nõ dz nos cõmonere qð in sapientũ dictis h̃r. 7.

¶ Quedã sunt q̃ nõ ṽn nobis ad plenũ rõ attestari: sz poti⁹ credulos habere. 18.

¶ Illð q̃ppe ꝙ medicamur subtil' suba est: neq; eñ hũana nã erroris ꝑiculũ incurrere nõ põt: ꝓ̃sertim in subtilibus. 9.

¶ Quidedit⁹ oĩno secularib⁹ negotijs: alas delitijs: negligit fũdamẽtũ medicine: philosophie ⁊ artiũ doctrinã nõ ei fides adhibẽda est: ⁊ maxie i ea vbi Gal. ⁊ Aristo. ↄcordãt: vbi discordãt difficile veruz inuenit̃. Animal scðm frigidũ ⁊ hũidũ nutrit̃: scðm calidũ ⁊ humidũ viuit. 10.

Uirt⁹ siue ṽtutes nãles vl' spũales varia noia h̃ntes vna eadẽq;

est.s.virtus. 11.
¶Sed sꝫ diuersa i subiectꝭ mē-
bris officia: diuersis vocabulis
nuncupantur. 12.
¶Cōplō nālis sm vicinitatē q̄
dē ē sepabil: actu tñ ē isepabil.
13. Quēadmodū tā vitia aīe q̄ꝫ fi-
gur corpis ab auis ⁊ parētib⁹ ca-
dūt ⁊ hērditant ita q̄ꝫ morb⁹ diu
turn⁹ ⁊ maxime si fueris i prin-
cipali membro. 14
¶Medicina q̄ tēperamēto vici
na est ⁊ est odorifera si cibus q̄ꝫ
fieri possit optimum est. 15.
¶Colligatio corpis ⁊ aīe sꝫ or
dinis naturalis cōsonantiā fa-
cta ē vt subsistat. Uñ cauēdū est
ne des ei fortē medicinā q̄ fortit
mutet eā: vt ea q̄ ē i ꝑtia pte. 16.
¶Cōplexio corpis aiati ad fi-
gurā nerui cōsona est. Non igit
temerarius sis in medicina for
ti: que eam dissoluat: ⁊ aperien
do corpus in aliam complexio
nem mutet. 17.
¶Medicīa stiptica ⁊ odorifera
⁊ tēpamēto ꝓpinq̄ custodit ⁊ cō
fortat pncipalia mēbra ⁊ virtu-
tē naturalē hmōi tibi sic semp
vtendum vt confortes naturaꝫ.
Si enim naturam cōfortaueris
morbum medicādo iuuat cura
ri. Si vero eā neglexeris ⁊ negle
ctam deficere permiseris nihil
prodest. 18.
¶Epar ⁊ stomachus sunt posi-
ta int efficacia nature vt nutriāt
sicut istrumēta: q̄ si accidēti ali
quo amiserint cōplexionē ⁊ mi-
nuet cursum nature. 19.
¶Calidi morbi pl⁹ frigidis sūt
mortiferi propter ignei motus
velocitatem. 20.
¶Qñ corpi aliq̄d acciderit, non
ei dandū est qd noceat pncipali
bus mēbris. Qd si feceris inde
nociuus eris: ⁊ magnuꝫ iuuare
non videberis. 21.
¶Uitiū animi seq̄tur cōplōneꝫ
corpis: cū igit corp⁹ patitur: et
maxie pncipalia mēbra medici
nā maxie aīe exhibere minime
negligas: vñ vꝫ gaudeat vt odo
ratu: visu: auditu: quod nōnulla
medicine pars est. 22.
¶Medicinaꝝ q̄dā ⁊ maxie q̄ fa
ciūt in summo capitis: post ce-
nā: ⁊ qñ itur dormituꝫ dāde sūt
vt natura ad interiora intenta
ab altissimis membris attrahē
do sensus alleuiet. Silr aūt vbi
morb⁹ iā ꝓualuerit ⁊ maxie in
principalibus mēbris. 23.
¶Nulli medicine mēbrū ꝯmit-
tendū est aliqd nisi ei quė ad cō
plexionē ei⁹ aut ex parte: aut ex
toto ptineat ad similitudinem
medicine nutriētis mēbrū: que
medicina si nutribilis q̄ꝫ fuerit
vtilis est. 24.
¶Medicina ꝯria ad contrariū
deponendū est: ⁊ non sm cōple-
xionem eandem. 25.
¶Infirmis defectis nulla me-
dicia aut cibaria danda sunt ni
si ea q̄ facile possit natura pati:
⁊ ꝓprie tēperamētū in quātita
te ⁊ qualitate sit. 26.
¶Medicamīa pauca tibi tenē-
da sūnt: nisi quoꝝ iuuamēto se
pi⁹ expt⁹ ꝯsiderare possis: toti⁹
eñ mltitudis noticia icōprehē
sibilis est. Ne cū p singla volue
ris iq̄rēdo discurrere mltiplici
diuersitate sensuū distractus i
nullo possis fidē habere. 27.
¶Rerum proprietas dubia est.
¶Ea nāq̄ multi olim experiē-
tes arbitrati sunt facere a pro-
prietate quod pleriq̄ faciebāt
natura. 28.
¶Unde vidēdū ē ne i ꝓpetatis

purgatione negligas naturam que notior est. 29.
Humores in hyeme natura pl⁹ dispergit: & vere int⁹: estate aūt & autūno min⁹: tunc itaq3 oportet medicinemur qñ potior est. 30.
Frequētatio morbi in pncipali mēbro dissolutionē corpis pnūciat. Hūores calefaciēdo: & dissolnēdo: & nāz ɔfortādo: salubrius purgantur q̄ per catarticū: aut per vomitū: quoꝝ neutrum sine detrimēto fit nāe: si tñ eos calefaciēdo dissolutos ad pncipalia mēbra defluere nō ptimetur Qđ si timetur ad qđlibet aliud ingeniū recurrendū est. 31.
Cauendū est ne ab egritudine cōualescētib⁹ innatū aq̄a ad interiora medicamento redire cogatur: ppter pncipaliū mēbroꝝ defectionē: sed aliter dissolutuz expellatur: qđ leui⁹ fieri potest q̄ tñ addi: nec q̄ sibi sufficiat ad distributionē minuendoruz principaliū membrorum. 32.
Habitātes in q̄nto aut sexto climate pl⁹ minuere sanguinē expedit q̄ septio: aut in p̄mo: aut in scđo: aut in tertio. 33.
Apa in membro principali sine dolore naturam in regimē dimisisse sigt: maxie si ex co. ru. aut ex sanguie est qđ rarum est. 34.
Corpora naturaliter frigida et hūida parū i vētre recipiūt. minus ṽo reddūt: vētres quoq3 eorū plurimū liquidi sunt: & infirmitas diuturna. 35.
Calidis enim & siccis contrariū conuenit. 36.
Ab infirmitate surgētibus cibaria sibi nociua petētibus nō negāda sūt: sed ingeniādū in q̄litatē sibi vtilem mutando. 37.
Op3 aūt in infirmo salutē promittere semper: nec vnq̄3 illuz a spe deponere & si ipse desperet. Cōplexio eñ corporis animi affectui semper inheret. 38.
Ingeniū naturale medici cum puo artis fundamento adiuuat natura in naturale ꝑuium. 39.
Medicorū illiteratorū simplicium: adolescentiū luxui subiacetiū vt plurimū homicide. 40.
Op3 etiā egrotū de oibus vnde egritudo nasci solet tā exterioribus q̄ interioribus inq̄rir: & ꝑ3 potiorem partem iudicare. 41.
Gloriosoꝝ supbiā: & ad naturale multiloquiū si sapias contēnas nec te egrū īterrogare p oia pudeat. vrina eñ vbi morb⁹ intra venas existit fallax est. 42.
Si interrogatus sp velociter rñdeas: dubitandus es. 43
Circa infirmū cōstitut⁹ sui sani q̄litatē & ai affectionē ɔuenit cognoscas ea ṽo q̄ illū noueris amasse p̄ ceteris aut cōcupiscere ad memoriā reuocando laudare: & si licitū sit añ oclos pñtare aut se mox facile hituꝝ ɔstāter pmittere: & sic in eoꝝ spe illum animare non desinas. 44.
Multū iuuat paliticos ad eoꝝ latera nālē calorē apponere nō tñ igneū: s3 adolescētis puelle. Una medicinaꝝ i iuuamē: (45. to eq̄liū: & sapore odorifero & leuior eligenda. 46.
Mutare consuetudinē nociuū & pessimū ē & maxime veterē. 47.
Quō nulla ɔuenientia sit inter aquā & calorē nālē ita nō est purgādū nisi medicina q̄ nō sit longe a temperamento. 48.
Timendū est eñ ne horrēs eaz nā reiiciat: & nō misceat humoribus: nec corroborata nociuum expellere possit. 49.

Oportet vt ad purgandum interclusos humores in similitudinem sibi conuertant medicina pigenium vt natura eam recipiat apte: et receptam per venas deportet: et sic confortata facili inimicum suum excludat. Nam si in qualitate fortior fuerit deficit natura: nam contrariatur ei. 50.

Ante purgationem vero per aliquot dies humores commouendi sunt et dissoluendi cum medicina cibali et cibo medicinali. et sic cum penitus diei abstinentia sunt purgandi. 51.

Balnea non sunt necessaria nobis ad refrigerandum calidum aut calefaciendum frigidum: sed vt dissoluant et sudare faciant: et desiccent et humectent. 52.

Tyriaca magna necessaria est vt dissoluat et dispurget et mundet. Sed pueris adolescentibus et senibus et defectis parum dandum est inde. 53.

Morbi exteriores vere et estate magis sunt curandi. Interiores vero per contrarium. 54.

Morbi ex penuria quantitatis vel qualitatis non minus quam de plenitudine nimia nascuntur: vnde medici multi in temeraria purgatione delinquent plerunque. 55.

Medicina data si victa natura non eos quos quirimus expulerit humores remanet in corpore: et in humorum mutata qualitate morbos inde intendit generare. 56.

Corpora frigida et humida ossa et neruos inualidos habent. vnde sana egritudini: et egra sanitati habiliora sunt. 57.

Apa in pueris cum summa diligentia et cautela curandum est: neque ei introrsum violenta medicia redigendum ne natura in modum valida ex humore quem hz adhuc a matrice copia repulsa succumbat. 58.

Morbido corpori non forte sed rium. vel eadem die post nimium aeris cal. dandum est et contrario. 59.

Acute egritudies plus in senibus quam iuuenibus timende sunt citiusque in bonum malumve firmantur cibaria quippe que recipiunt mutat natura eorum in similitudinem frigiditatis: vnde celerius ad sanitatem reuocantur timende vero sunt: quia defectus caloris naturalis acumen egritudinis sustinere non potest. 60.

Frigidi morbi in senioribus difficilius: in iunioribus facilius curantur. 61.

Balnea et tepata potio iuuat causam et contrarium cause. 62.

In nimio exercitio positos ante cibum parum quiescere ociosos aut parum exerceri oportet. 63.

Labor et exercitium quandam dolorem vnde in eo positi non dolent de pluribus morbis illaboriosi etiam sunt ad comparationem illius laboris nisi cum dolor morbi laborem excesserit. 64.

Iuuenibus spermatis emissio raro ex frigiditate accidit. 65.

Iunioribus epilepsia et spasmus in primo et secundo et tertio et quarto climate ex naturalis caloris copia et tepamenti defectione est vnde sanitas eorum ex calore et tepamento constare debet magis euenit raro ex nimia frigiditate sub qualitate vel quantitate multiplici teperamenti vnde purgando prouidenda est medicia calidissima non ad vltimam subtilitatem producenda. 66.

Cum quis vult caput purgare aut cerebrum aut istra sensuum. pillulis maioribus. i. grossioribus: et post cenam eunti dormitum datis faciendum est. 67.

Ad nimiam humiditatem in stomacho subtilem puluerem damus. 68.

Si cui principalia membra defe

cta habēti aut debilitata catar
ticum necessariuʒ fuerit clistere
faciamus. 69.

¶Abūdātia stomachi pillulis
puris ⁊ recentibꝰ hūidis ieiuno
stomacho datis purgāda est: et
his qui biberunt deambulādo
commouendum est. 70.

¶Pillule veteres et desiccate
prius ꝙ dētur humectande sūt
per noctē in aqua calida. 71.

¶Omne catarticum necessario
co.ru.commouet. 72.

¶Qui.so.annoꝝ aut plurimū
sunt: in medicina eoꝝ nō est insi
stendū ꝙ cole.rub.purget: qꝛ ip
sa p se facit ⁊ humectatio corpo
ris fundamentum est. 73

¶Principalia membra natura
liter defecta hītibus cauēdum
est ne acutā medicinā: sed ad vi
cinitatē temperamenti redactā
accipiant. 74.

¶Due species si simul mixte bi
bite sint necessario tanꝙ si sepa
rati: vtraqꝫ lacertos ⁊ carnē ge
nerādo suū nālē reddit effectū.

¶Cōualescētes ſm īfirmi (75.
tatē suā: dñt quidē tractari: non
tñ ex toto pmittātur haberi p
ut añ consueuerunt sani. 76.

¶Opꝫ medicinā fieri ad simili
tudinē opantꝫ nature: ⁊ si dura
aut tarda fuerit: ⁊ non ſm qd vi
deat iuuamentū absqꝫ rōne: abs
qꝫ ratione quidem fallax est. 77

¶Eger diu fideli medico pmit
tēdus est: cuius error a recti di
stantia rarus est.

¶Qꝛ si plurimos cōsulit in sin
guloꝝ errorē plerūqꝫ cadit. 78.

¶Apa in senibꝰ nō retrorsū me
dicamine cogat. Uidēdū est em̄
ne natura deficiat ad dispergē
dū illd: ⁊ qd expulsiōe totas vi
res cōsumpserit extrahēdū ꝗp

pe est: sꝫ nō cū forti medicia ne
natura cū eo exiēs corpꝰ exina
niat: mediocriter igr̄ ē extrahē
dū. Est nēpe qd deperdit i seni
bus multū: ad differentiā illꝰ
qd restaurat. Similiter ⁊ i pue
ris vis nāqꝫ medicine fortior ē
natura eorum. 79.

Infirmꝰ ad solitū statū ex quo
i egritudie ceciderit is tm̄ reuo
candus est: nō aūt ad tēpamen
tū in omni substantia. 80.

¶Cuius qualitatē cōplexiōis
nō nouimꝰ sani: eius infirmita
tē an grauis sit necne: nō bñ p
pendimus infirmi. vñ medicia
incerta queqꝫ subsequit. Redde
re em̄ sanū ad cōplexionē tēpe
ramenti morbus est ad sui sani
qualitatis opationē. Nā virtꝰ
est causa motionis. 81.

¶Uñ in purgādo corpe si forte
sit ipm cōmouēdū est forti me
dicina ⁊ illi manifesta. 82.

¶Singulis īfirmitatibꝰ ppria
fieri medicamina ad ingeniū ⁊
ad arbitrium medici: perfectōi
propinquū est. 83.

¶Nulla res sub lunari globo
vel circulo posita: quocūqꝫ gra
du mutet circulꝰ: vltra reuocat
i eternū ad illā qualitat vl quā
titatis in quo fuerit in ipso cir
culi motu. 84.

¶Nulla medicina leuis ē incō
tēplatione ⁊ opatōe ea em̄ que
leuis vr̄ graue: que aūt grauis
leuem: si attentius eam ispexe
ris comprehēdes. Nō igitur le
uiter vel absqꝫ rationis cōside
ratione determinandū ē. 85.

¶Credere experimento sine rō
ne fallax est. 86.

¶Nulla egritudo est que non
habeat opus interrogari ifir
mum. 87.

Omnis fe. calor extra naturā est. Sed inter fortē & leuem differt s̄m suā materiā qua ꝑpter ei q̄ ex co.ru.est fortiter: que vero ex co.nigra lēte resistam⁹ opz. 88.
Quodcūq͡ʒ mēbrū suscepit detrimentū aliquod seu naturali morbo seu quouis exteriori accidenti: nō vlterius priori statui perfecte reddi potest. 89.
Morbū diuturnū: & defectionē mēbrorꝫ hereditat q̄dem filius: sʒ differēter: aut minorē si alter pater parentū fuerit san⁹. 90.
Nulli etiā credendū ē studioso medico: nisi etatē & ꝓbato. 91
In morbo diuturno cui⁹ vrina vrine sani similis fuerit: & in vna eademq͡ʒ qualitate permāserit: nō euadet egritudinē. 92.
Medicus mediocris qualitatis est: & ne nimis mundū admiretur: neq͡ʒ ex toto aspernatur oportet. 93.
In tp̄e veris si ex multa humectatione fiat mutatio aeris estate nascūtur variole: apata: frenesis: & febres: nec solutione purgatiua curantur. 94.
Mulier in dextera p̄te concipiēs raro feminā pariet. 95.
Catartico dato pregnāti: deficiūt principalia mēbra nati oībus diebus vite sue. 96.
Qūo nascūtur morbi ex hūorū q̄ntitate vel q̄litatis abūdantia. Silr̄ est ex defectione. Propterea ꝓo medicū purgando & exinaniēdo errare ꝯtingit. 97.
Olfact⁹ & maxime si saliat fumus in caput celeri⁹ q̄ bibitur cerebrum iuuat. 98.
Ex mutatione stellarū l lōgitudinē & latitudinem: vitia & cōsuetudines mutantur. 99.
Ex diuersitate spaciorꝫ regionū variantur q̄q͡ʒ cōplexiones & vitia nature etiā & cibaria atq͡ʒ medicine: adeo vt ea que fiunt in.2.ascendant in.4.& econuerso. velut herba hortulana et agrestia seu syluatica & domestica differunt. 100.
Emplastra atq͡ʒ vnguenta s̄m vicinitatē qualitatis ꝯplexiōis in similitudinem illius membri cui apponuntur. 101.
Co.ni in iuuenibus forti medicina purgare noli. Eorꝫ nam q͡ʒ quātitas parua: & equalitas defecta: neq͡ʒ enim corpori cohe rentia sunt. 102.
Si poterit medicus medicari cum dieta absq͡ʒ potione prospera eueniet. 103.
Si quis per multum tempus neq͡ʒ vomitum neq͡ʒ solutionem habuit: & eueniat illi subito impetu: videndum est ne restringere festines. 104.
Fumus in corpore aliud ē q̄ ventositas: & pauci nouerūt discernere. 105.
Urina sanitatem significās in oī hoīe nō est eq̄lis: nec in quātitate: nec in qualitate nec in liquore. 106.
Cui⁹ vrinā nō prenoueris sani: l ei⁹ medicina nō appropriabis virtutem egroti. 107.
In conualescētib⁹ apa sic medicare vt nō ingrediatur intus sʒ foras: nō fortiter quidē sed leniter extrahatur. Silr̄ quoq͡ʒ in pueris: & in senibus. 108.
Si dementia ex frigiditate & siccitate procedens ad cerebrū incutiens sit fumum odoriferū ca.& hu.tam intus q̄ foras ei adhibemus. & excitandū calorem: ad iras quoq͡ʒ interdum patiētem prouocamus. 109.

Cõpositio cõplonis sanitatem significãs in omni hoie nõ ẽ eq̃lis: nec in quãtitate nec in q̃litate. 110.
Quib⁹ in iuuẽtute q̃ter i anno tñ flebothomari ꝯsuetudo fuerit hmõi. 40. ãnoꝝ erũt aut ter in. 50. aut. 60. semel cõferẽdũ ẽ. Ulteri⁹ vero ex toto dimittendum est. 111.
Senes a. 40. ãno cephalicã venã. 50. medianã: post. 60. basilicam incidere designant. 112.
Qui in iuuẽtute ꝯstituti mltũ ꝛ frequẽter sanguie minuti fuerint annos. 60. calor eorum in frigidum et siccum conuertetur: maxie si fuerit frigide nature. 113.
Custodia virtutis principalia membra confortat: ꝛ a morbis tuetur. 114.
Principalia vero membra confortata ꝟtutes q̃z vices redd ẽdo confortant et a morbis defendunt. 115.
Nati iuuenib⁹ patrib⁹ principalia membra fortiora et sana naturaliter habent: ꝛ econuerso. 116.
Sicut ignis ad ea q̃ sunt ca. ꝛ hu. semper intendit: ita et morbus ad huiusmodi complexionem. 117.
Qui aromatũ abhorrẽt odorẽ nec saporitam sentiunt dietã vitium est corrupte complexionis illorum. 118.
In omni regione quibuscunq̃ ex ventis nubes procreari videntur: ex illis habitantiũ capita fumo replentur: et sic corrize nascuntur: ꝛ sensus aggrauantur. 119.
In q̃cũq̃ ꝓuicia q̃cũq̃ ãno muscule supabũdauerit: putredines q̃z morboꝝ supabũdabũt i corporib⁹ habitatoꝝ. 120.
Jeiunare in estate corp⁹ ꝺ̃siccat colorẽ citrinat: melãcholiã ꝓcreat necnõ viluz ad defectum perturbat. 121.
Sãguinẽ mox vt exierit i aerẽ ꝯgelare: fre abũdãtiã ꝺ̃signat et q̃to magis ꝯuat: tãto mag̃ contrarium contingit. 122.
Ois ꝓuincie q̃ lõgi⁹ est a mari remota nõ i meridiẽ ꝓtẽsa habitantium cor. sunt sicciora. 123
Nõ ẽ eadẽ nã tpis i oi regiõe. qñ sol ẽ i q̃drãgulo circulo: q̃ppe extat h̃ estas: et hyẽs alibi. ver q̃z i alio loco: ꝛ autũnus in alio: ad q̃rũ diuersitatũ silitudinẽ differt: ꝛ ꝯplexiões: ꝛ vitia ꝯsuetudies habitatoꝝ qñ eniz ver ẽ i egypto ẽ estas i idia veꝝ ꝛ habitãtib⁹ sub eq̃li die due hyemes: ꝛ due estates: et duo ꝟa: ꝛ duo autũni i ãno sũt. vñ illis fruct⁹ abũdãtes ꝓcreãt arbores: memoria est subtilis: et alia huiusmodi multa. 124.
Deficiẽte ꝟtute ꝺ̃ficiũt pricipalia mẽbra ꝛ morb̃ afficiunt: nec̃ illã defendere possunt. 125.
Ubi plurimi ꝯcordãt: ꝛ rõ attestat: ꝛ expimẽtũ ꝓprobat: illud añ oculos pone. contrario ꝟo contrarium. 126.
Medicinaꝝ q̃dã ꝛ maxie q̃ faciũt i sũmo capitis post cenã: ꝛ qñ itur dormitũ dãde sũt: vt nã sic itẽta circa iteriora ab altissimis mẽbris attrahẽdo sẽs⁹ alleuiet. ꝛ sic vbi morb⁹ ꝑualerit h̃ est obseruãdũ maxie i pricipalib⁹ membris. 127.
In nullũ medicie aliq̃d ꝯmittẽdũ ẽ morbũ q̃ ad ꝯplexionẽ ei⁹ aut ex toto: aut ex pte ñ ptieat vl̃ ad silitudinẽ cibi mẽbra nu=

triẽtis.q̃ medicina si sic fuerit nutribilis q̃z vtilis est. 128.
Accipe nũc fili carissime postulatos a te aphorismos q̃b⁹ sp̃ fidus p̃manẽs sz eoꝝ autoritatẽ opare cõfidẽter. Ad q̃s put potui sudãs ob tuã discretionem solicite laboraui. 129.
Nã te diligentẽ sapientiam noui p̃re omnia. 130.
Preterea valde ceptũ op⁹ fi negligere hortor p̃ qđ me nim; letificasti. Et q: libꝝ Galeni gl'iosissimi trãstulisti: cui⁹ titulũ ei placuit vocari mega tegni: q̃ liber ẽ vbi maxia ẽ p̃prietas medicoꝝ. Nũc ãt deo grãs ago: q: te hmõi p̃mũ trãslatorẽ iueni.

¶ Expliciũt aphorismi Joannis damasceni.

¶ Flosculi medicinales extracti ex libris Cornelij celsi medicorum omnium ornatissimi. Ex primo libro.

Ut alimenta sanis corporib⁹ agricultura: sic sanitatẽ egris medicina promittit. 2.
Morbi non eloquentia: sed remedijs curantur. 3.
Cui⁹ rei n̄ ẽ certa cognitio: ei⁹ opinio certũ remediũ habere nõ p̃t. Ueꝝ ẽ q̄ ip̃az curãdi rõe nihil pl⁹ ꝯfert q̃ expiẽtia. 4.
Interest ei an fatigatio morbũ an sitis: an frig⁹: an calor: an vigilia: an fames fecerit: an cibi viniq̃ abũdantia: an intemperantia libidinis. 5.
Neq̃ ignorar̃ medicũ opz q̃ sit egri nã: hũidũ mag; an mag; siccũ corp⁹ ei⁹ sit: validi nerui: an ifirmi: freq̃es valitudo: an rara eaq̃ cũ ẽ vehemens eẽ soleat an lenis: breu; an lõga. 6.
¶ Quã par scia sit: tñ vtiliorez medicum esse scias amicum q̃ extraneum. 7.
¶ Ignauia q̃dẽ corp⁹ hebetat labor ãt firmat illã naturã senescentem: hic lõgã adolescentiam facit. 8.
¶ Bis i diẽ poti⁹ q̃ semel cibũ capere homo potest. 9.
¶ Cõcubit⁹ neq̃ nimis cõcupiscẽd⁹: neq̃ nimis p̃timescẽd⁹ ẽ: rarus excitat corpus: frequens soluit scire lz eũ nõ inutilẽ esse quẽ corporis neq̃ languor: neq̃ dolor sequit̃. idẽ iterdiu peior ẽ noctu tutior: ita tñ si neq̃ eũ cibus neq̃ hũc cũ vigilia labor sequitur. 10.
¶ Imbecilli stomacho q̃ i nũero magna ps vrbanoꝝ est oĩsq̃ pene literarũ cupidi obs̃uatio maior ẽ necessaria: vt qđ vl' corporis vel studij vel loci rõ detrahit cura restituat. 11.
¶ Ex hoib⁹ q̃ nocte bñ cõcoxit mane tuto surgere q̃ vo parũ q̇escere debet qui non cõcoxit ex toto q̇escere dz: ac neq̃ labori neq̃ exercitationi: neq̃ negotio se credere. 12.
¶ Si lucubrãdũ ẽ: ñ post cibũ id facere sed post concoctionẽ facere oportet. 13.
¶ Quẽ iterdiu vl' domestica vl' ciuilia officia tenuer̃t huic tp̃s aliqđ s̃uãdũ ẽ curatiõi corporis sui: p̃ria corpis curatio ẽ exercitatio q̃ sp̃ ãncedeȓ dz cibũ: exercitatiõis ãt plerũq̃ dz finis eẽ sudor: aut certe lassitudo q̃ citra lassitudinem fit. 14.
¶ Nũq̃ vtilis ẽ nimia satietas Sepe inutilis nimia abstinentia. Sepe si q̃ itẽperãtia ẽ durior in potione q̃ in esca est. 15.

Scđa

¶Scda mensa bono stomacho nihil nocet: ibecilli accessit. 16.
¶Post satietatẽ nihil est agendum. 17.
¶Ubi qs est explet⁹ facili⁹ concoqt si qcqd assumpsit potiõe aq̃ frigide includit: tñ paulisp inuigilat: deinde bñ dormit. 18
¶Neq ex salubri loco i grauẽ neq ex graui in salubrẽ trãsit⁹ satis tut⁹ est. ex salubri i grauẽ prima hyeme. ex graui i eum q̃ salubri⁹ est pria estate trãsire melius est. 19.
¶Neq vo ex mlta fame nimia satietas: neq ex nimia satietate fames idonea est. 20.
¶Periclitatr et q̃ semel: & q̃ bis die cibũ incõueniẽter assumit cõtra cõsuetudinem. 21.
¶Neq ex nimio labore subitũ ociũ: neq ex nimio ocio subit⁹ labor sine graui noxa est: ergo cũ qs mutare cõsuetudinẽ volet: paulatim debebit assuescere. 22.
¶Omnib⁹ fatigatis aptũ ẽ cibũ sumere: eoq humido vti: aq̃ vel certa diluta potione esse cõtentos. 23.
¶Illud quoq nosse opz q ex labore sudãti frigida potio pniciosissima ẽ: atq etiã cũ sudor se remiserit itinere fatigatis inutilis. 24.
¶Qd ẽ ɔ̃ ɔsuetudinẽ nocet. 25.
¶Qui vomere bis i mẽse vult meli⁹ ɔsulet si biduo euomuerit q̃ si post. xv. diẽ vomuerit. 26
¶Purgatiões vt iterdũ necessarie sũt: sic vbi frequẽtes sunt piculũ afferũt: assuescit et ñ ali corpus: & ob hoc ifirmũ erit. 27
¶Uinũ diluti⁹ pueris: senibus mercacius conuenit. 28.
¶In autũno pp celi varietatem periculum est maximũ. 29
¶Hyeme ven⁹ nõ pniciosa: vere tutissima: estate & autũno ñ vtilis: tolerabilior tñ p autũnum: estatẽ tota3 si fieri potest abstinendum.

¶Ex secundo libro.

Saluberrimũ ver est: deinde ab hoc hyems: piculosior estas: autũn⁹ longe periculosissimus. 2.
¶Ex tẽpestatib⁹ pessime sũt q̃ variãt maxie: quo fit vt autũnus plurimos opprimat. nã fere meridian⁹ tpibus calor nocturnis atq matutinis: sic etiã vespertinis frig⁹ ẽ. corp⁹ ergo estate: & subide meridianis calorib⁹ relaxatum subito frigore excipit: s3 vt eo tpe id maxie fit: sic qñcũq euenire noxiũ ẽ. 3
¶Saluberrimi sũt sereni dies meliores pluuij q̃ tantũ nebulosi. 4.
¶Nã fere vẽtus vbiq a mediterraneis regionib⁹ veniẽs salubris a mari grauis est. neq solũ in bono tẽpestatũ habitu certior valitudo est: s3 priores morbi q3 si q̃ inciderũt: leuiores sunt: & prompti⁹ finiuntur: pessimũ ergo celũ est qd egrum fecit adeo vt i id q3 gen⁹ qd natura peius est: in hoc statu salubris mutatio sit. 5.
¶Lõgis morbis senect⁹: acutis adolescẽtia magis patet. 6.
¶Lõga statura vt i iuuẽta decora ẽ: sic matura senectute cõficitur. 7.
¶Gracile corpus infirmũ: obesum hebes est. 8.
¶Si plenior aliqs & speciosior et coloratior fact⁹ est: bona sua suspecta habere debet que: qr in eodẽ habitu subsistere: neq

vltra ꝑgredi possūt:fere retro
quasi ruina quadā reuoluunt.
peius tn̄ signū ē vbi q̇s ꝯ ꝯsue=
tudinē emacruit ⁊ colorē deco
rē qꝫ amisit:qm̄ in his que supe
rant est qđ morbꝰ demat:i his
q̄ desunt non est qđ ipsuꝫ mor=
bum ferat. 9.
Facile securꝰ est aliq̇s in his q̄
sepe sine periculo euasit. 10.
Ille solicitari dꝫ cui hec noua
sunt:aut qui ista sine custodia
sui tuta habuit. 11.
Neqꝫ terrere dꝫ ea feb.q̄ eodē
die finita est:ac nec ea quidē q̄
ꝗ̄uis longiore tp̄e euanuit:ta=
men ante alteram accessioneꝫ
quieuit. 12.
Pessimū ē si somnꝰ neqꝫ noctu
neqꝫ inter diu accedit:id em̄ si=
ne ꝯtinuo dolore esse non pōt.
eque ꝓo signū malū est:somno
vltra ꝺbitū vigeri:peiusqꝫ quo
magis se sopor inter diu noctu
qꝫ continuat. 13.
Mali etiā morbi testimonium
est vehemēter ex cerebro spira
re. 14.
Sanguinem incisa vena mitti
nouū nō est:sꝫ nullū pene mor=
bum esse i quo nō mittat:nouū
est.Interest nō que etas sit eiꝰ
a quo sanguꝫ mittēdꝰ:neqꝫ q̇d
in corpore intꝰ gerat:sꝫ q̄ vires
sint.ergo si iuuenis imbecillꝰ
est:aut si mulier q̄ grauida nō
est:parū vꝫ:male sanguis emit
titur:emorit em̄ vis si qua sup
erat:hoc mō erepta est.At fir=
mus puer ⁊ robustꝰ senex ⁊ ꝗ̄ui
da mlr̄ valēs tuto curant.15.
Tenuioribꝰ magꝫ sāguis:ple=
nioribꝰ magis caro abūdat.fa
ciliꝰ itaqꝫ illi ꝺtractōeꝫ sangui
nis sustinēt celeriusqꝫ ea si ni=
mium est pinguis affligit. 16.

Satiꝰ est anceps experiri au=
xilium qꝫ nullum. 17.
Si morbi ratio patit:sangui=
nis detractiōi tp̄s aptissimū ē
dies aduerse valitudinis scđs
aut tertiꝰ:sed aliqn̄ ⁊ prio die
sanguinē mittere est necesse.si
vehemens febris viget:in ipso
ipetu eiꝰ sanguinē mittere:ho
minē iugulare ē:ergo remissio
expectāda:⁊ sanguinꝫ ꝺtractio
fere diuidēda in biduū. 18.
Satius enim est primo leuare
egrum:deinde propurgare:qꝫ
simul omni vi effusa fortasse ꝑ=
cipitare. 19.
Cū ex vena incisa sanguis erū
pit:colorē eiꝰ habitūqꝫ opꝫ at=
tēdere.nā si is crassus ⁊ niger
est:vitiosus extat:ideoqꝫ vtilr
effundit.si rubet iteger est ea=
qꝫ emissio alio nō ꝓdest:vt etiā
nō noceat protinusqꝫ is suppri=
mendus est. 20.
In acutis q̇busdā cucurbicula
sanguinē extrahimꝰ cū ex vena
vires nō patiunt:idqꝫ auxiliuꝫ
vt minꝰ vehemēs:ita magis tu
tū:neqꝫ vnqꝫ periculosum est ēt
si in medio febris impetu:etiā
si in cruditate adhibeat:ideoqꝫ
vbi sanguinē mitti opus est in
cisa vena preceps periculū est.
huic potiꝰ cōfugiendū cū eo tn̄
vt sciamꝰ vt hic nullū periculū
ita leue presidiū esse neqꝫ posse
vehemēti malo:nisi eque vehe
mens auxiliū succurrere. 21.
Initia morborū primū famē:si=
timqꝫ desiderant:neqꝫ vlla res
magis adiuuat laborātē qꝫ tē=
pestiua abstinētia. 22.
Plus alimenti est in carneqꝫ in
nullo alio cibo. 23.
Brassica subcruda aluum mo=
uet biscocta stringit. 24.

¶Ex tertio libro.

Natura repugnante nihil medicina proficit. 2.

Magis ignoscēdū medico parum proficienti in acutis morbis ꝙ̄ i lōgis. hic eñ breue spatiū est itra qđ si qđ auxiliū nō profuit eger extinguit: ibi ⁊ deliberationi: ⁊ remediorū mutatiōi tp̄s ptz: adeo vt raro si iter initia medic⁹ accessit obseq̄ns eger sine illi⁹ vitio pereat lōg⁹ tñ morb⁹ cū penitus isedit quo ad difficultatem ꝑtinet: acuto par ē: ⁊ acut⁹ q̄ vetustior long⁹ aūt quo recētior facili⁹ curat.

Ignorari nō opz ꝙ non oībus egris eadē auxilia cōueniūt. 3.

In acutis morbis serius eger alēdus est: neq̧ nisi iā inclinatis vt prio dēpta materia ipetū frāgat: i lōgis maturi⁹ vt sustinere spatiū mali affecti possit. 4.

Multū interest ab initio quis recte curatus sit: an ꝑperam. 5.

Sola abstinentia sine vllo periculo medetur. 6.

Asclepiades ait officiū esse medici: vt tuto. vt celeriter: vt iocunde curet. 7.

Id votum est: sed fere periculosa esse nimium ⁊ festinatio ⁊ voluptas solet. 8.

Medicamētorū potiōes: et aluū duci ñ nisi raro dēre ꝯcedi. 9

Ex egri imbecillitate summū periculum est. 10.

Infirmus neq̧ nimium potet: neq̧ nimium siti crucietur. 11.

Optimum medicamentum est opportune cibus datus. 12.

Ubiq̧ seruandū vt egri vires medicus inspiciat. 13.

Ab vno medico plures curari non possunt. 14.

Scire oportet optimū cibo tēpus esse febre finita. 15.

¶Semper egros securos agere conuenit vt corpore tantū nō etiam animo laborent. 16.

¶Periti medici est nō ꝓtin⁹ vt venit apprehēdere manu egri brachiū, sz p̄mū residere hilari vultu: ꝑcōtariq̧ queādmodū se habeat: ⁊ si quis eius metus est eū ꝓbabili s̄mone lenire: tā dez inde eius corpori manum admouere. 17.

¶Medic⁹ neq̧ i tenebris neq̧ a capite egri residere dz: sz i loco illustri aduersus eū vt oēs notas ex vultu ꝓspiciat. Cū i summo incremento morb⁹ est: vtiq̧ nō ante diē quartaz magna siti antecedēti frigida aqua copiose p̄stāda ē: vt bibat etiam vltra satietatē: ⁊ cū iā vēter ⁊ p̄cordia vltra modū repleta satisq̧ refrigerata sunt vomere dz quidem nec vomitū q̇dē exigūt: sz ipa aq̄ frigida tñ ad satietatē data ꝓ medicamēto vtūt. vbi vtrūlibet factū est: mlta veste coopiend⁹ est: ⁊ collocād⁹ vt dormiat: fereq̧ post lōgā sitim ⁊ vigiliā: p⁹ multā satietatē: post ifractū calorē plen⁹ somn⁹ venit: ꝑ quā ingēs sudor effundit: idq̧ p̄stātissimū auxiliū est: sz in his tñ in q̇b⁹ p̄ter ardorē nulli dolores: null⁹ p̄cordiorꝫ tumor nihil ꝓhibēs vł in thorace: vel in pulmone vł in faucib⁹: nō vlc⁹: non deiectio: nō alui profluuium fuit. 18.

¶Sēper ꝑtinacia iuuantis; corporis malum vincit. 19.

¶Quartana se. neminē iugulat. Uet⁹ q̄rtana raro nisi hye soluit.

¶Facili⁹ i s̄uis ꝙ̄ in liberis tollit hydropisis: qr cū desideret famē siti: mille alia tedia: lōgā patiētiā ꝓpti⁹ hꝫ succurrit q̄ faci

le coguntur q̄ꝫ quibus inutilis libertas est. sed ne hi quidē q̄ sub alio sunt: si ex toto sibi tē-perare non possunt: ad salutez perducuntur. 20.

¶ Et ideo nō ignobilis medic⁹ chrisippi discipul⁹ apd̄ ātigonū regē: amicū quēdā note intēpe rātie mediocriter hydropico morbo iplicitū negauit posse sanari. Cū alter medic⁹ epirotes philipp⁹ se sanaturū polliceret. rn̄dit illū ad morbū r̄spicere: se ad egri aīm: neqꝫ ei res fefellit. Ille eñ cū summa diligentia nō medici tantummō sꝫ etiā regis custodiretur: tn̄ malignitate sua deuorādo bibēdoqꝫ suam vrinā se p̄cipitauit.

¶ Ex quarto libro.

Uno die fluere aluū sepe p̄ valitudine est: atqꝫ ēt pluribus: dū fe. absit: ꝛ intra septimū diē id conquiescat: purgat̄ eñ corp⁹: et qd̄ intus lesurum erat vtiliter effunditur. 2.

¶ Uerum spatiū periculosum est. interdum enim tormina ac febriculas excitat vtrīsqꝫ cōsumit: interdum euenit vt fluxus diu neglectus curari difficili⁹ sit. 3.

¶ Medicamentis vti nisi in vehemētib⁹ malis supuacuū est.

¶ Ex quinto libro.

Quib⁹ articulorū dolor certis temporib⁹ reuertitur. hos ante et curioso victu caue re opꝫ: ne inutilis materia corpori supersit: et crebriore vomitu. 1.

¶ Cū omnia fere medicamēta stōachū ledāt: non sine causa asclepiades ad ipsi⁹ victus rationem potius omnem curam transtulit. 3.

¶ Uerū vt illud in plerisqꝫ morbis vtilius est sic multa admodum corporib⁹ nr̄is incidere cō sueuerūt: q̄ sine medicamēt̄ ad sanitatem peruenire nō p̄nt. 4.

¶ Uti sōni feris nisi nimia necessitas vrget alienū est sunt eñ ex vehemētibus medicamentis ꝛ stomacho alienis. 5.

¶ Est enim prudentis hominis primum eum qui seruari nō potest nō attingere: nec subire speciem eius vt occisi: q̄ñ sors ipsi⁹ peremit. deiñ vbi grauis metus est sine certa tn̄ desperatione indicare necessariꝭ p̄iclitantis in difficili rē eē vt si victa ars malo fuerit vel ignorasse: vel fefellisse se videat̄. Sꝫ vt hec prudēti viro cōueniūt: sic rursus histriōis est paruā rē attollere quo pl⁹ p̄stitisse videatur. 6.

¶ Dubia spes certa desperatione est potior.

¶ Expliciūt flosc̄li cornelij celsi.

¶ Inclpiūt aphorismi siue parabole vniuersales Arnaldi de villa noua medici clarissimi: et sunt doctrine. vij.

¶ Doctrina prima.



Omnis medela procedit a summo bono. 1.

¶ Qui iuste volue rit ac vtilit̄ medicari figat in animo suo nobilez appetitum. 2.

¶ Elegans appetit⁹ aut feruet i cultum dei aut in commodū p̄ximi. 3.

¶ Qui non vt sapiat sꝫ vt lucret̄ adiscit in facultatez quā eligit efficitur abortiuus. 4

¶ Solicite vacās cōmō temporali nō solū inutilis sꝫ nociu⁹ est

pluries in medendo. 5.
¶Uagus animus ꝛ voluptatibus irretitus artis peritiã sterilitate sedat. 6.
¶Omnis motus animi vel appetitus inordinatus mẽtem lacerat operantis: ꝛ impedit rectum opus. 7.
¶Cũ determiato lãguẽs iuuamento indigeat: necesse est medicantẽ ad specialẽ effectũ dirigere opus artis. 8.
¶Ex effectib⁹ preintentis tota ratio agibiliũ deriuatur. 9.
¶Cũ exẽplar exterioris opis in mente gerat artificis: necesse est vt sit clarũ speculũ mẽtis ei⁹. 10.
¶Mẽs informata cũctis ꝑbẽtibus directionẽ ad op⁹ claro mõstrat intuitu quid agendũ. 11.
¶Corporum nãs morborũ spẽs causarũ varietatẽ ꝛ vires istorũ agnoscẽs cũ rõne medebit ꝛ arte iuuabit egros. 12.
¶Proprietates indiuiduales: corporũ sanabiliũ lꝫ scribi non valeãt necesse est tñ vt operari⁹ non ignoret. 13.
¶Per ignorantiã idiuidualis nature propriũ regimen cuiuslibet corporis ignorat. 14.
¶Propria natura cuiuslibet indiuidui formã ꝓpriũ regiminis determinat exquisite. 15.
¶Proprietas incognita ratiõe vel syllogismo reuelatione vel experimento iuuantiũ ꝛ nocentium innotescit. 16.
¶Artificialis noticia passionũ non acquiritur nomine sed diffinitione ipsarum. 17.
¶Notitia noim proficit ad doctrinam rebus aũt significatis medela perficitur. 18.
¶Noia morbis iposita ẽm mẽbrorũ diuersitatẽ vtrorũqꝫ ꝑbẽt noticiã cognatiui sermonis. 19.
¶Conuenit medicũ efficacẽ eẽ in ope nõ loquacẽ: qꝛ morbi nõ vocibus sed rerũ essentijs aut viribus expelluntur. 20.

¶Doctrina secunda.

Uitando nociua ꝛ vtendo iuuantibus prosperat in egris opus curationis. 1.
¶Anteqꝫ innotescant egritudines species aut proxime causẽ tẽperatis aut neutris regẽdus est patiens. 2.
¶Sicut ex singulis corpis mẽbris toti⁹ ꝯstat substãtia: sic alterũ alteri⁹ auxilio gubernat. ꝛ iõ totũ corp⁹ in curatione cuiuslibet morbi cõuenit aliquo beneficio procurare. 3.
¶Medicus fidelis ꝛ sapiens cognitis agnoscẽdis qꝫto celeri⁹ poterit subueniet egrotanti. 4.
¶Illa opatio breuior est qͣ paucioribus instrumẽtis effectũ cõsequitur preoptatum. 5.
¶Opus rectissimũ nõ efficacioribus tantum: sed tutiorib⁹ consummatur. 6.
¶Quicũqꝫ nature subiecti sũt magis amicabilia securi⁹ mouent ipsum. 7.
¶Prudens ꝛ pi⁹ medicus morbum expellere satagit ante cibis medicinalib⁹ qꝫ medicinis puris. 8.
¶Cuicunqꝫ potest per alimẽta restitui sanitas: fugiendus est penitus vsus medicinarum. 9.
¶Medicatio que purꝭ agitur medicinis aut diu non poterit tolerari: aut non est diu continuanda. 10.
¶Modestus et sapiens medicus nunqꝫ properabit ad pharmaciam nisi cogente necessitate: cum etiam debilia quibus

corp⁹ nō idiget sint nociua. 11.
¶In pueris ꝛ decrepitis verē-
dū est pharmacare: iuuenib⁹
quoq; suspectū est crebro sume
re pharmaciam. 12.
¶Quicūq; in iuuentute sepius
pharmacātur cito deflebūt in
cōmoda senectutis. 13.
¶Fallax aut ignorās est medi
cus querens inusitata et rara:
cum possit communib⁹ langui
do subuenire. 14.
¶Potens mederi simplicibus
composita medicamina dolose
aut frustra querit. 15.
¶Simplicē medicinā species
rerum elementalium admini-
strant: composita vero ex illis
ars preparat. 16.
¶Morbis simplicibus medici
na conuenit in virtute simplex
compositis vero multiplex in
eadem. 17.
¶Cum in simplicibus non oc
currit amplexus virium debi-
taruʒ composito lapsui: necessi
tas vigeat preparare composi-
tas. 18.
¶Motiua precipua cōponēdi
medicinas surgūt a morbis vel
mēbris aut medicinis. 19.
¶Morborū pluralitas aut cō-
trarietas cause ad ipsum mor-
bū vel accidentis ad eū diuer
sitas viget diuersās coniūgere
medicinas. 20.
¶Ut ducatur ad membrum di
stans vel penetret in compactū
aut si communis est plurib⁹ vt
ad vnum determinetur. aut ad
hereat ei: aut immoret: vnares
aliij societur. 21.
¶Ne vis medicine corpi neces
saria virtutem eliminet mem
bri nobilis aut offendat ab ea
mēbrum passibile vel acuti sen
sus in termino vel in via: ne vis
ipsius nociua cuiq; ingerat le-
sionē aut horribilitate ɔturbet
ne cito pereat virt⁹ eius vt cō-
fortetur vel vt repssa qualitas
proposito conformetur medici
ne alterius copulaʒ necessario
sustinebit. 22.
¶Quāto plura sunt componē-
tia medicine: tanto est cōponēti
minus certus effectus eius. 23.
¶Sicut medicine cōposite ba-
sim permutare nō licet: sic neq;
medicine a proprietate iuuan-
tis eam vel eius maliciam cor
rigentis. 24.
¶Quorumcunq; componentiū
iuuamina sunt plura vel pau-
ciora conuenienter eorū ponde
ra maiorantur. 25.
¶Sicut cōponēs efficax ad iu
uandū augetur in q̄titate: sic
efficax ad nocēdū a quibuslibʒ
mēbris necessario minorat̄. 26.
¶Licet componens excellētis
fuerit iuuamēti vt auruʒ respe
ctu cordis: tā q̄ gravitate sua
diuertere pōt cōpositū ad seces
sum: ideo q̄tūlibʒ ei⁹ quātitas
nō auget̄ ꝛ sic de similibus. 27.
¶Sicut i medicinis ordinatis
ad membra longinqua pōdus
augetur: hec debet cōuenienter
in oppositis minorari. 28.
¶In componentibus quorum
sapor austerus vel odor extite
rit: aut qualitates prime fuerit
excellentes rationabiliter pon
dus minuitur: in oppositis ꝯo
potest augeri. 29.
¶Quecūq; solēt ɔtristari sumē
tē rōnabiliter minorant̄: q̄ vero
delectāt poterāt augeri. 30.
¶Quarumcunq; medicinarum
virt⁹ corpori necessaria potest
resolui celeriter augeri: conue

nit quātitatē.in oppositis autē
minuit cōpetenter. 31.
¶ In cōponētē cui⁹ potētia iu=
uatiua ceteris est cōtsl3 minue
re quātitatē cum plures habeat
adiutores: si ꝟo ꝑpria sit eidē
cōueniēter augetur. 32.
¶ Testiū vniuersoꝝ ꝯcordiacla
rum ꝓcessum indicat operāti.
discordātib⁹ signis declinādu3
est semꝑ ad plūra vł fortiora. 33.
¶ Cū significatiōes augēdi vel
minuēdi pares fuerint numero
seu virtute mediocris erit quā
titas cōponentis. 34.
¶ Mediocris quātitas medici
ne dosis terminū respicit: serua
ta proportione medicine cōpo
nentis ad componentē. 35.
¶ Inter salubres causas illa po
ti⁹ est eligēda sanabili que plu
ra pōt iuuamēta ꝯferre. 26
¶ Medicina q̄ plures cōgregat
per naturā virtutes accōmodas
mēbro vł corpori ceteris est sem
per eligibilior. 37.
¶ Medicina tyriacalis pre cete
ris sui generis est eligēda. 28.
¶ Motiua p̄cipua cōponēdi me
dicinas surgūt a morbis. 39
¶ Medicina potēs ꝯ ꝓprietate
cōferre melior est ꝯferente virtu
te cōplexionis. 40.
¶ Effect⁹ pueniens a p̄mis me
dicinarū virtutib⁹ etiā vulg⁹ at
tendit cōiter. Sed in his q̄ pro
ueniūt a secūdis ꝛ tertijs p̄pol
lere debet consideratio sapien
tis. 41.

¶ Doctrina tertia.

Grauioribus morbis obuiā
dum est studiosius non ex=
pedit tamen leuioribus non me
deri. 1.
¶ Morbis malignis ꝛ īpetuosis
subita ꝛ fortis medicatio corre
spōdet: mitibus ꝟo atq3 tardis
debilis ꝛ diuturna. 7.
¶ In virtute medicaminis cu=
iuslibet mensurāda est non vis
morbi: sed corpoꝝ ꝛ mēbroꝝ di=
uersitas vigilāti⁹ attēdat. 3.
¶ Sicut etas ꝛ habitudo diuer
sificāt regimē nō solū ī quātita
te s3 etiā qualitate: sic ꝛ cetera
particularia quib⁹ corpoꝝ vir=
tus differt. 4.
¶ Sicut infans ꝛ mulier nō tm̄
corpore differunt sed virtute: sic
per eandē distāt rationē. 5.

Iuuenis calid⁹ mollis corpe.
atq3 senex ꝛ frigid⁹ atq3 dur⁹.
Tenuis Porosus audax
ꝛ spissus ac dēsus ꝛ pauidus
estiu⁹ vrbe rure laboriosus
ꝛ hyemal' q3 degēs ꝛ ociosus.
Solit⁹ pati atq3 insolitus.

Sicut īsoliti parce viuere ieiu
nio tabescūt velocius: sic īsoliti
crebro pati vi passionis aut me
dicaminis citi⁹ ꝓsternūtur. 6.
¶ Sicut mēbra mollissima velo
citer a forti medicamine resol
nūtur nisi ꝓtegant testudine ve
lut cerebrū: ita q̄ sensibilissima
vt os stomachi ꝛ ocul⁹ eo q̄ gra
uiter indignātur. 7.
¶ Sicut mēbra sensus acuti diu
non tolerant medicamē forte: si
militer mēbris obtusi sensus pa
rum aut nihil prodest admotū
celeriter. 8.
¶ Medicamē appositū mēbris
obtusi sensus amoueri nō d3 sal
tem quousq3 sentiat ab eis. 9.
¶ Mēbra q̄ medicine grauē sar
cinā diu tolerāt priusq3 īdignē
tur vt pulmo splen ꝛ zirb⁹: hebe
tem sensum habent. 10.
¶ Medicamē corpori applica=
tum absq3 mora sufficiēti nō ꝑfi
cit opus suum. 11.

Doctrina quarta. Cap. i.

Humoris vitio carens discrasia solum corrigitur alterantibus causis. opposita vero cogit vt plurimũ excludere viciosum humorem. 1.

Morbi quos generat euacuationis ↄsuete cessatio: eadẽ ꝛdeũ te vel reuocata cessabũt. 2.

Nihil ꝓhibet vim alterantis adequare si leuis extiterit discrasia. 3.

Mẽbris tabefactis aut marcidis vires alterãtiũ in intẽsis discrasijs nõ ↄuenit adequare: sed hoc est cum virt⁹ est fortis ⁊ mẽbra sunt solida. 4

In inueteratis discrasijs ⁊ maxime principaliũ paulatim mẽbra sũt tẽperamẽto restituẽda. 5

Mẽbra ↄgelata si repẽte camino approximent nõ effugiũt dolorisacerbitatẽ ⁊ in posterũ scabie fedabuntur. 6

Signata frigiditas circa scrutiꝰ ruptorijs aut ꝓfũditatis cauterijs extirpat. 7

Mẽbrũ qđ substãtialiter exsiccatur velut in senio ↄtabescit: atqꝫ destruit naturali caliditate. 8

Lactis alimẽtũ solũmodo: vł humectãtia similia mẽbra ptisica per se fouent. 9.

Sup humectatis mẽbris aut nimiũ tãtũmodo calefactꝫ: leuiter in oppositũ alterantib⁹ subuenitur. 10.

Capitulum. ij.

Secundũ speciẽ ⁊ locũ peccãtis humoris eius exclusio variatur. 1.

Intercutane⁹ humor si subtilis fuerit vel aquosus resoluit per sudorẽ: grossus ꝟo atqꝫ mediocris cutis incisiõib⁹ sanguisugis aut ventosis. 2.

Intercutane⁹ sanguis nitrosus aut eruginosus vel purulentus vẽtosis euacuãtib⁹ cõueniẽter extrahit maxie si grossus extiterit: aut profundus superficialis aũt atqꝫ subtilis sanguisugis 3.

Ubi prauo sanguine sola cutis inficit: sufficit vt multis incisionib⁹ flobothomi perforet. 4.

Ille vẽtose tñ euacuãt sensibilit q̃ sensibilib⁹ potis ac naturalib⁹ applicant: vt auri saniez cõcludẽti: vel artificialib⁹: vt incise cuti. 5.

Uẽtosa q̃ solũ trahit aut suo cat sanguinẽ effluẽtẽ aut dislocati mẽbri sitũ rectificat: vt in mati mẽbri sitũ rectificat: vt in matrice ꝑcipitata: vel mẽbro infrigidato calorẽ adducit: vt in paralitico: vel mẽbri dolẽtis hebetat sensum ↄstringẽdo ⁊ diuertẽdo: sicut i colicis: vel submersũ facit emergere vt i emorroydarum capitibus. 6.

Uẽtose que turno vel suctiõe trahũt parũ aut nihil ↄferũt mẽbris infrigidatis: plurimũ ꝟo q̃ cum igne sunt applicate. 7.

Opoꝛtet vt illius cib⁹ cui⁹ soluēdus ē vēter aut vomitus ꝓuocādus partiat vt ꝙ ei i vna die sufficiebat multis comedat vicib⁹. Et vt sint cibi diuersi ⁊ pot⁹ etiā diuersi. Ex hac nāqꝫ dispositiōe accidit stomacho vt expellere desideret qꝺ ē in eo su peri⁹ aut inferi⁹. Ex cibo autē nō diuerso neqꝫ sup aliū cibū ingrediēte stomachus ē auar⁹ et ipm̄ foꝛti cōtinet retētiōe: ⁊ ꝓpꝛie si fuerit ei⁹ quātitatis pꝛua. Mollem vero habens ventrem nihil ex hoc facere dꝫ. et scias ꝙ vomitus ⁊ vētris solutio ⁊ q̄ eis assimilātur non attinent ei q̄ bono vtit regimine: qm̄ ille q̄ bn̄ regit nō indiget nisi eo ꝙ sit istis lenius: ⁊ foꝛtasse excusabūt ea exercitiū ⁊ fricatio ⁊ balneū. ¶Amplius si eius coꝛpus repletum fuerit plurimū talis repletionis qualis est ipsius: erit ex eo q̄ humoꝝ melioꝛ est. s. ex sanguine. Minutio igit est illꝺ qꝺ ad ipꝫ mūdificādū erit necessariū: ⁊ nō vētris solutio. ¶Cū āt minutio necessaria fuerit ⁊ ventris solutio ex aliq̄ qꝺ sit vtellebor⁹ ⁊ violēte medicine: a minutiōe icipere debes: qm̄ hoc ē ex ꝑceptis hypo. i libro epidimiaꝝ. hec est ꝟitas. et sil'r si humoꝛes fuerit flegmatici cuꝫ sanguine mixti. Qꝺ si viscosi ⁊ frigidi fuerit: foꝛtasse minutio grossitudinē ⁊ viscositatē eis augmētabit icipiēti. ergo erit a solutiōe vētris. Et ad summū si hūoꝛes fuerint equales ꝑmitte minutiōeꝫ ⁊ si postea supabundauerit euacua. Qꝺ si equales nō fuerint in ꝑmis supabūdātē euacua hūoꝛeꝫ donec equat. postea minus. ¶Et ei q̄ ante minutionē ꝑmise rat medicinā cū minutionē pꝛemittere debebat: postpōat minutionē diebus paucis. Et cui paruū intercessit spatiū ex quo minutus fuit ⁊ euacuatione idiget: medicinam sumere est ei conuenientius. ¶Multoties

ꝑterea exhaustumedicine ille q̄ minui debebat: ꝑuenit ad febrē ⁊ ad estuationē. Et si ex eis q̄ qͥescere faciūt nō qͥeuerit: scias qđ minutionē ꝑmittere debebat.

¶ Nō oēs ꝑterea euacuationes sūt necessarie pp̄ sup̄fluitatē repletiōis: imo qn̄q; sūt necessarie ꝑpter egritudis magnitudinē: ⁊ pp̄ repletionē ſm q̄litatē ⁊ nō ſm q̄ntitatē. ¶ Et ml'toties qͥdē est euacuatio necessaria ſʒ superuenit aliqͥd ꝙ ꝓhibet. Et nō est ibi ingeniū nisi i ieiunādo ⁊ dormiēdo ⁊ emendādo compl'onis malitiā q̄ ex repletione ꝓuenit. ¶ Ampli⁹ euacuatiōis ē qͥdē q̄ ē ſm modū ꝓseruatiōis sicut indiget ille cui podagra euenire solet ⁊ epilepsia ⁊ reliq̄ ab eis i hora cognita: ⁊ ꝓprie i ꝟe. Ei g̃ necessariū ē vt ꝓseruatiōe vtat̄ ań suā horā: ⁊ euacuat ea q̄ ꝓprie i ip̄ius egritudie sunt euacuāda siue sit minutio: siue vētris sol'o Et fortasse desiccātia exteri⁹ apponere ⁊ medicias abstergētes est euacuare: quēadmodum hydropisim patiētes faciūt. Qn̄q; etiā necesse ē te dare medicinā q̄ sit ex gn̄e euacuādi hūores in q̄litate: sicut cū scamonea ē tibi necessaria ad euacuādū colerā rubeā. ei ergo admiscēdū ē illđ ꝙ ipsaʒ in q̄litate diuersificet: ⁊ in vētrē soluēdo cū ea ꝯueniat: ⁊ ipsaʒ ab euacuatiōe non ꝓhibeat sicut mirabolani: ⁊ emēdet̄ cōpl'onis malitia si post accide rit. ¶ Habētiū q̄ʒ in īterioribus apa vētrē soluere est difficile et facere vt vomāt. Qđ si tibi necessariū fuerit: da eis ꝙ sit sicut volubilis ⁊ semē croci hortēsis et apozima polipodȳ ⁊ casiā fistula ⁊ his silia. ¶ Hyppo. q̄ʒ inquit

Qui fuerit macer ⁊ fuerit nature cui vomere sit facile: melius erit in mūdādo ip̄m vt ad vomitū adducat̄: ⁊ vt sit hoc in estate aut ꝟe aut autūno ⁊ nō i hyeme. Ei ꝟo q̄ mediocris fuerit figur̄ cōueniētior est vētris sol'o. ꝙ si sibi euacuatio q̄ fit vomitu necessaria fuerit vsq; ad estatē expectet: ab ipso tn̄ sibi caueat cū eo nō idiget. ¶ Uerūtamē anq̄ȝ ventris fiat solutio aut vomit⁹ ꝑmittēda est hūoris subtiliatio qui est euacuandus: ⁊ amplificatio cannaliū ⁊ ipsorū aptio: q̄m̄ hoc est ex eo qđ corpus a pena securum reddit. ¶ Et scito ꝙ facere nature consuetudineȝ lenitatis ⁊ obediētē ei qđ vis ex solutione ventris ⁊ vomitu facili anteq̄ȝ medicina det̄ aut vomitus est ex regiminibus aperientibus. ¶ Ampli⁹ ventris sol'o et vomitus cū macredine vētris ē difficilis ⁊ laboriosus ⁊ timorosus. ¶ Medicina q̄ʒ vomitū faciens qn̄q; fit ventris solutiua cū stomachus fuerit fortis aut bibita fuerit super fortē famem aut q̄ eam bibit: habuerit passionē colericā ⁊ nature lenitatē aut si vomere non consueuerit: aut si medicina in sua suba grauis fuerit ⁊ velocis descēsiōis. ¶ Et ventris solutiua facit vomitū: propter debilitatem stomachi: aut ꝓpter ml'tā faciei siccitatē: aut ꝓpterea ꝙ medicina abhorret̄: aut ꝓpterea ꝙ bibitor fastidiū habere solet. ¶ Ois preterea medicia q̄ vētris est solutiua cū n̄ ip̄ʒ soluit aut soluit ſʒ nō id qđ est maturum: mouet humorē quē dʒ soluere: ⁊ dilatat ipsum in corpore: superat ergo corpus: ⁊ cōuertūtur ad ipsum

humores aliq̄:q̄re humor iste in
corpe multiplicat̃. ¶Ex humo=
rib⁹ q̄z ē q̄ est velocioris obediē
tie vomitui scd̄m plurimū sicut
colera. Et ex eis ē q̄ vomitui re
bellis existit sicut melācolia. Et
ex eis ē q̄ īter hoc ⁊ hoc ē medi⁹
sicut flegma. Et febrē q̄dē habē
tis vētrē soluere melius est q̄ꝫ fa
cere vt ipē vomat. Et cui⁹ hūor
dscēdēs fuerit sicut lieteriā hn̄tꝫ
facere vt vomat: ē incōueniens.
¶Medicinarum p̄terea vētris
solutionē facientiū deterior est
q̄ ex medicinis est ꝯposita: mul
te diuersitatis in tpe in quo sol
uēdus est venter: qm̄ vētris solu
tio ꝯturbat̃: ⁊ post ventrē soluit
anteq̄ꝫ scd̄a: ⁊ q̄n̄q̄ꝫ prima ip̄am
scd̄am expellit. ¶Amplius qui
biberit aliq̄d ventris solutionē
aut vomitū sibi faciēs corpore
ip̄ius limpido necesse erit vt ei
ṽtigo accidat aut mordicatio ī
vētre ⁊ āgustia ⁊ qd̄ ab eo expel
let̃: egredieẗ cuꝫ difficultate. Et
ad vltimū q̄dē dū medicina su
pfluitates euacuat non erit ī ea
estuatio. Cūq̄ꝫ q̄ medicinā bibe
rit estuationē habere cepit iaꝫ
euacuat q̄ superfluum non est.
¶humor p̄terea q̄ vomitu aut
vētris solutione euacuat̃ cū ad
aliū mutabit̃ humorēꝫ significa
bit q̄ iā corp⁹ ē mūdatū a super
fluo humore quē eūare volum⁹.
Qd̄ si mūdificatio vsq̄ꝫ ad itesti
nor̄ rasurā puenerit ⁊ ad rē ni
grā fetidū hn̄tē odorē erit malū
¶Sōnus q̄ꝫ cū post vētris solo
nē aut vomitū fuerit multū de=
mōstrabit q̄ eūatio iam pfecte
mūdauit corp⁹ ⁊ contulit. ¶Et
scias q̄ cū sitis post vētris solo=
nē aut vomitū fuerit fortꝫ: mari
mā ⁊ vltimā purgatiōis bonita

tem significabit. ¶Scito etiā q̄
medicina vētris solutiua expel
lit illud qd̄ euacuat cuꝫ virtute
attractiua q̄ attrahit hūc ⁊ ū dē
humorē: ⁊ fortasse attrahit gros
sum ⁊ relinq̄t subtilem: queād=
modū facit illa q̄ melācolia ex
pellit. ¶Illi⁹ preterea verbū q̄
dt qd̄ ipsa gn̄at illd̄ qd̄ attrahit
aut q̄ ip̄m is attrahit qd̄ est sub
tile nō est aliq̄d. Et. G. quidē li=
cet hoc sentiat penit⁹ tn̄ dicit q̄
medicina ventris solutiua in q̄
nō est vētositas cū ventrem non
soluerit ⁊ digereẗ: gn̄abit hūorē
quem attrahere solebat. Sꝫ hu
iusmodi dicta nō sunt ꝯuenien
tia. Et vr̃ quidem q̄. G. ex hoc q̄
certificat: sentiat q̄ īter attrahē
tē medicinā ⁊ humorē attractū
sit cōueniētia in subā: ⁊ propter
hoc attrahit ip̄m. Sed hoc non
est verū qm̄ si attractio fieret cū
cōueniētia: ferrū attraheret fer
rū cū ip̄ꝫ superaret: ⁊ aur̄ attrahe
ret aur̄ cū ip̄m superaret quātita
te sua hoc tn̄ certificare nō ē me
dici. ¶Et debes scire q̄ humor̄
attractio q̄ fit potu medicinar̄
soluentium ventrem aut vomi=
tū facientiū nō est nisi in venis
ī q̄bus venerūt donec ad itestia
perueniāt ⁊ stomachū ⁊ hic na=
tura mouetur ad hoc vt eos ex
pellat ex̃. Et raro q̄dē accidit vt
cum ventris solutiuuꝫ bibit̃ ad
stomachū ascēdāt: ⁊ si ascēderit
ad vomitū declinabūt. Qd̄ aūt
ad stomachū ascendere non di
mittit non est nisi propter duas
cās. Una que est quoniā medici
na ventris solutiua velociter pe
netrat ad intestina. Et altera ē
qm̄ cum medicina ventris solu
tiua bibit̃: naꝫ properat ad hoc
vt ex venis mesaraicis ad iferi⁹

ra expellat ꝛ nõ ad supiora: qm̃ hoc ꝑpinquius ẽ ꝛ facili⁹: ꝛ q2 il lud qd̃ est post eas ſ etiã ipas cõprimit: ꝛ hoc qdẽ est ex eo qd̃ naturã mouet vt ex ꝑpinquiori bus expellat viĩs. Qd̃ si medici na virtutẽ haberet attractiuã q̃ humorẽ comitaretur etiã natu ra virtutis expulsiue magis di gna vt in sano ꝛ forti superaret: ſ3 medicina nõ attrahat nisi ad viã signatam. ¶ Medicine ꝓ vomitũ facientis dispositio ẽ di uersa: ab hoc quoniam cum in stomacho fuerit in eo morabit ꝛ humorem ab intestinis ad se ipsa3 attrahet: ꝛ sua ꝟtute supa ta ad resistẽdũ virtuti naturali. ¶ Et scias ꝙ pl'm attractionis humorũ quos medicine attra hunt nõ est nisi ex venis: ꝛ ex eo ꝙ est multe propinquitatis. qm̃ attractio fit in vẽis ꝛ in eis q̃ nõ sunt vene sicut humores q̃ sunt in pulmone qui ꝑpter vicinita tẽ ad stomachũ ꝛ intestina tra hũtur licet in venis non vadãt. ¶ Et debes scire ꝙ attractio q̃ fit p nares ex medicinis siccis ẽ cã euacuãdi humores a corpe si cut in hydropisi.

¶ De sermõe purgatiõis ven tris ꝛ regulis eius. Cap. v.

Iam in ꝑcedẽti sermõe ostẽ dim⁹ quõ sit corp⁹ ꝑparan dũ ad recipiẽdũ id qd̃ vẽtrez sol uit anteq̃ purget cũ amplifica tiõe pororũ ꝛ lenificatiõe nature ꝛ ꝓprie in egritudinib⁹ frĩdis: ꝛ ad summũ nã mollificare ãteq̃ venter soluat: est cõpetẽs regu la in q̃ existit securitas: nisi ĩ eo q̃ colerice passioni valde ẽ apt⁹ ex hoc nãq̃ nihil isti ẽ faciẽdu3 qm̃ eẽt causa superfluitatisque ei accidet. ¶ Solutorio nãq̃ vẽ tris alicuius talis qualis ẽ iste res admiscẽda est in qua fit vir tus vomitiua: ne ꝑperet descen dere de stomacho anteq̃ suam perficiat operationẽ: imo equẽ tur in ipsa duarũ medicinaru3 virtutes: ꝛ ꝑficiat vẽtris soluti ua opationẽ suã ꝛ vomitiua suã ecõuerso illi⁹. Trauli q̃3 sunt ex eis q̃ colerice passiõi sunt appa rati. Fortẽ igit nõ tolerãt medi cinã. Ipsoꝝ tñ plurimi colericã incurrũt passione3 ex reumatis mis suoꝝ capitũ. ¶ Ex cã ꝑter ea timorosa ẽ vt medicia vẽtris solutiua sumat fece in itestinis exñte sicca: imo expellẽda saltẽ cũ clisteri aut iurmollificatiuo. ¶ Balneũ q̃3 igredi anteq̃ vẽtris solo fiat aliquãtis dieb⁹ ẽ ex eis q̃ bñ ꝑparãt: nisi aliqd ꝓhibue rit. Et op3 qdẽ vt iter balneũ et haustũ medicie puũ iteruẽniat tp̃s. Post medicinã q̃3 nõ ingre diat qs balneũ: qm̃ trahit mã3 ad exꝉiora. ꝛ neq̃ ẽ bonũ nisi ad vẽtrẽ ꝯstringẽdũ ꝑter ĩ hyeme: q2 nõ ẽ timẽdũ p̃mã balnei cãm ingredi tali mõ ne calor sit vllo mõ ipedicẽs ad attrahẽdũ ſ3 sit ad mollificãdũ. Et ad vltimũ or3 vt aer illi⁹ q̃ pharmacia3 bibit: sit caliditatis pauce ne sudore3 faciat neq̃ turbationẽ: qm̃ h̃ est ex ꝑparatoriĩs. Fricatio q̃3 ꝛ ex oleis inũgi ẽ silr ꝛ ꝑparatoriĩs. Cũ ãt aliqs medicie assuet⁹ nõ est neq̃ eã bibit meli⁹ ẽ medico vt sibi caueat ne vẽtris solutiua violentas virtutes hñtia ei tri buat. ¶ Fastidiũ vero hñtibus ꝛ humores viscosos ꝛ ĩ hypocũ driĩs tensionem: aut q̃ ĩ suis in terioribus habet inflammatio nem aut opilationes nõ est dan dũ aliquid donec ista rectificen

tur nutriētib⁹: mollificātib⁹ et balneo ꝛ requie ꝛ dimissiōe eius qđ mouet ꝛ ei⁹ qđ inflāmat. Illis ꝟo q̄ stātes bibunt aq̄s ꝛ hn̄tib⁹ splenes fortes medicie sunt necessarie. ¶ Cūq; aliq̄s medicinā vētri solutiuā biberit: meli⁹ erit ei si medicia fuerit fortis vt sup eā dormiat anq̄ operet: q̄m opabit meli⁹. Et si debil' fuerit meli⁹ erit ei ne sup eā dormiat: q̄m nā digeret medicinā. Cūq; medicia opari cepit meli⁹ erit ei ne sup eā dormiat quocūq; modo fuerit. ¶ Ampli⁹ cū aliquis medicinā bibit nō illico sup eā se mouere dz sz dz sup eā q̄escere: vt ipsā natura circūdet ꝛ i ea operetur: q̄m nisi nā in ipa opata fuerit nō opabit in naturā. ¶ Odores q̄z nauseā ꝓhibētes olfacere dz sicut est odor mēte ꝛ rute ꝛ apij ꝛ cytonior ꝛ boli corasceni aq̄ rosacea ꝛ pauco aceto aspsi. Et si ex odore medicie q̄s exterret cū medicinā bibit nares cōstrigat. Et q̄ medicinā abhorret dz masticar pā ex tarchō: vt sui oris vl' odor ꝟtr⁹ stupida fiat. ¶ Qđ si vomere timuerit extremitates ꝯstrigat ꝛ cū ipam biberit đ sup rē stipticā bibat. Medici p̄terea pillulas q̄s ei daturi sunt q̄nq; i melle voluūt q̄nq; super eas ꝓiciūt mel coctum aut zuccarū coctū donec eis ide faciūt tunicā. Et eo q̄z ingeniū vtile ē vt sup eas pōat cera ꝛ pauco ol'o mollificata. Et ex eo qđ magis ꝯueniēs igeniū est vt os aq̄ aut alia re ipleat: deide pillule sicut sunt bibant sup ipsā: aut q̄ aliq̄ horū igenior aptate fuerit: trāsglutiētur itaq; oēs ita q medicine opatio nō cognoscet. Et oz vt apozima tepidū bibat ꝛ pill'e cū aq̄ tepida sumāt. ¶ Frigidi p̄terea stomachus ꝛ pedes calefaciēdi sunt. Cūq; ipsius aīa sedata fuerit: ambulet ꝛ moueat paulatī q̄m motus hic ē iuuatiuus. Et interpositiōe horarū ex aq̄ calida tm̄ bibat q medicinā nō liq̄faciat ꝛ expellat ipā ꝛ ei⁹ debilitet ꝟtutē nisi fuerit in hora q̄ necesse ē vt vētris stringat solo. In potu q̄z aq̄ cal'e malitie medicie existit debilitatio ¶ Qui aūt medicinā bibere voluerit calide existēs cōpl'onis ꝛ debilis stomachi: erit ei meli⁹ vt eā bibat postq̄ prius biberit aliq̄d q sit sicut aq̄ ordei: aut succ⁹ granati: aut vt vl' dicā cū stōachus recepit nutriēs subtile ꝛ leue. Sz q̄ nō ita fuerit erit ei melius vt eā ieiun⁹ bibat. ¶ Plurimi p̄terea q̄b⁹ dat medicia ventris solutiua in estate ex ea puenīūt ad febrē. Opz ergo ne medicine potator comedat vel bibat donec medicia suā pfecerit opationē: neq; etiā quādiu medicina opat dormiat nisi volūtas affuerit vt restringat. Qđ si ipsi⁹ stomachus nō tolerauerit ne comedat ꝓpterea qđ stomachus ei⁹ est coleric⁹ ꝛ cito descēdit ad ipm̄ col'a: aut ꝓpterea q a comestiōe vehemēter ꝛ famē tolerauit: det ei parū panis isu si pauco vino sup medicinā anq̄ vēter soluat: q̄m hoc est ex eo q medicinam fortasse adiuuat. ¶ Opz p̄terea ne an⁹ aq̄ frida lauet sed cū cal'a. ¶ Quidā etiam dixerunt q pillule que sunt cū apozimatib⁹ dande: sunt dande cū apozimatib⁹ q̄ sunt cū eis homogenea: pillule namq; que colerā expellunt rubeā cū apozimate dande sunt alicui⁹ qđ sit

Sommus post pharmacum
theriaca & alia empla

verbi gratia sicut fumusterre. Et que melācoliam euacuātur cum apozimate alicuius qd̄ sit sicut epithymū aut polipodiū aut his simile. Et que flegma expellunt cū apozimate alicui⁹ qd̄ sit sicut cētaurea. ¶Cū aūt euacuare volueris corp⁹ siccū carnē hñs durā medicina forti sicut elleboro ⁊ his similib⁹: vehemēter stude in humectādo ipm̄ nutrictibus vnctuosis: Et ad vltimū cum fortes medicine multi sint timoris tales vcȝ qlis ē elleborus: qm̄ in corpore mundo efficit spasmū: ⁊ repleti corporis commouet humiditatem motu turbido: ⁊ ad intestina trahit illud qd̄ ei difficile est expellere. Et titimali venenosi sicut mezereon ⁊ scerebrā: ⁊ eaꝝ ipedimētū cum superant remouet raib. ¶Ampli⁹ medicina multoties suū odorē in stomacho dimittit est ꝙ sicut si medicina ibi remanet cui⁹ medicamē ē aq̄ ordei q̄ ipm̄ lauat: q̄ q̄dē melior eristit eoꝝ que in potu sumūt. ¶Cūq; tp̄s prolōgabit ⁊ medicina operari nō ceperit: si alleuiatio fieri poterit vt nihil moueat fiat. Qd̄ si q̄d affuerit timoris meli⁹ erit vt hydromel traijciat aut ei⁹ sirupū aut aquam in qua mitrum resolutū fuerit: aut subijciat ei collyriū aut fiat clistere. ¶Ex causis vo ꝑꝑ quas medicina nō operat: est cānaliū coangustatio de natura: aut ꝑꝑ complexionē aut ꝑpter egritudinis vicinitatē. In habentib⁹ eñ paralysim aut apoplexiaȝ medicinaꝝ vie ad suas materias coangustant: accidit ergo vt difficile sit facere quaten⁹ vēter eis currat. ¶Duas preterea medicīas ventrē soluētes in vna die cōiungere est timorosum ⁊ extra rectitudinē. ¶Ois quoq; medicina que alicui humori est ꝓpria cū ipsuȝ nō iuenit: perturbat ⁊ ventrem cū difficultate facit: ⁊ similiter si ipm̄ in suo contrario ifusum inuenerit. ¶Ois preterea medicina humorem in p̄mis extrahit q̄ est ei ꝓprius. deinde illū qui est post ipsum in multitudie ⁊ subtilitate: ⁊ reliq̄s ſᷣȝ hūc ordinē: preter sanguinē: qm̄ natura vsq; ad postremū eum retinet ⁊ recōdit humorem vo ex lōginquo attrahere est difficile. ¶Amplius cū timor affuerit ne nausea aut sincopis alicui accidat postq̄ȝ medicinam biberit: oportebit fieri vt antequam medicinā bibat trib⁹ dieb⁹ aut duobus cū aqua raphani vomat et vt raphanū comedat. ¶Oportet p̄terea ne multuȝ salis sit in cibis ei⁹ q̄ medicinā vult bibere. ¶Multotiesquoq; ex haustu medicie ꝑuenit ad nauseā ⁊ angustiā ⁊ sincopin ⁊ tremorē cordis ⁊ vētris mordicationē: ⁊ ꝑpriecum non solutionē fecerit aut sudorē. Multoties preterea est nobis necessarium vt eum faciam⁹ vomere. Et multoties excusat nos ab hoc dare ei retētiua ⁊ facere vt aquā ordei bibat quaten⁹ vēter soluat: ⁊ medicie malitia remoueatur: ⁊ qd̄ in intestinis retentū fuit: lauet. ¶Ille vero cui⁹ cōplexio fuerit frigida ⁊ sup alios hūores fuerit flegma supabūdās debet sumere post medicinam ⁊ ipsius operationem naustriū aqua calida ablutum cum oleo. Et qui calide fuerit ꝯplexionis psilium bibat cū aqua frigida ⁊ oleo vio=

laceo ⁊ zuccarū tabarzet aut in
leb. Et ille q̇dē qui tēperate est
ꝯplexiōis semē lini. Et illi q̇ ex
coriationē timuerit intestinorū
bolū armenū cuz succo granati
det. Sumere ēt dz q̇cq̇d diximꝰ
post fluxū vētris ⁊ si nō ipz reti
nebit. ¶Oi ꝑterea pharmaciaz
bibēti cui postea aduenit febriz
melior ē aq̄ ordei. Sirupꝰ vo a-
cetosꝰ ē excoriatiuꝰ: ⁊ iō tardan
dꝰ ē vsq3 ad duos dies aut tres
donec i itestinis sua redeat vtꝰ.
¶Ille q̇z q̇ medicinā bibit scd̃a
die ē balneū itraturꝰ. ¶Et si ex
hūoribꝰ ipiꝰ aliq̇d relictū fuerit
balneū ipz mūdare poterit. Nā
si videris ꝙ balneū sit ei sapidū
⁊ in ipo delectet: erit hoc signū
ꝙ balneū ipz ab eo qd̓ relictū ē
mūdificat: ipm q̇z in eo dimitte.
Qd̓ si iueneris ꝙ in ipo nō dele-
ctet: imo i eo estuationez patiat
expelle eum. ¶Scias preterea
ꝙ ei q̇ intestinoꝝ patit debilita
tē plerūq3 ex medicinis ventrez
soluētibꝰ aduenit vētris solutio
fortis: ⁊ ꝓlongabit ei res: ⁊ mul
tis idigebit medicinis donec re
tineat. ¶In senibꝰ ēt silr timet
ex vētris solutiōe ipsiꝰ nocumē-
tuz. ¶Et scito ꝙ ex potu habito
post medicias vētris solutiuas
ad febres ꝑuenit ⁊ ad estuatio
nem. ¶Post solutionem q̇z ven
tris ⁊ minutionez multoties in
epate aduenit dolor quē aq̄ cali
de potus remouet. ¶Et scito ꝙ
tp̄s q̇ maior canis ascēdit ⁊ fri-
goris fortis nō ē tp̄s sumēdi me
dicinā. Medicina eīn in vē: aut
autūno ē bibēda. Et ver q̇dē est
cū niues de montibus cadūt. Et
post ver q̇dē venit estas i q̄ nō ē
sumēda nisi res modica vel sub
tilis. Autūnꝰ vo est veri ꝯtrius.

¶Ampliꝰ nature nō est facieda
ꝯsuetudo bibēdi medicinā cū q̄
necesse sit mollificare ventrē: q2
fiet ꝯsuetudinaria: ⁊ hoc habēs
ad ipedimētū male finis ꝑuēiet
¶Unūquēq3 etiam q̇ fuerit sicce
cōplexionis deijcit fortis medi
cina. ¶Opz ꝑterea vt suꝑ debi-
lē medicinā ex motu minuatur
ne eius virtus resoluatur: ¶Ex
medicinis quoq3 debilibus bn̄-
dictis sunt viole cum zuccaro.
¶Et ille cui in hyeme necessa-
riū fuerit medicinā bibere vētū
obseruet meridionalē. Et i esta
te dixerūt quidā eorū ecōuerso:
⁊ hoc q̇dē diuisionē hz. ¶Eger
cū debili indiguerit solutione ⁊
nō opabit nō magis mouet sed
dimittat. Egritudo quoq3 mul-
toties ebullire facit ventris so-
lutionem ⁊ accidit febris. Et est
cum minutio sufficit.

¶De superfluitate medicine
ventrē soluentis: ⁊ de hora cō
stringendi eam. Cap̄. 6.

Ex significationibus q̇bꝰ co
gnoscitur hora qua est ca-
tarticū ꝯstringendum est sitis.
Cum ergo ventris solutio ꝑse-
ueraueritz sitis nō acciderit: nō
erit timendū ꝙ supfluitas ꝑue-
nit. ¶Ueruntamē sitis qn̄q3 ac-
cidit ⁊ nō ꝓpter multitudinem
solutionis vētris: neq3 propter
eius superfluitatē. Imo propter
cāz dispōnis stomachi: qm̄ si fue
rit calidus aut siccus aut vtrū-
q3 faciet cito sitim. Aut ꝑꝑ cām
dispōnis medicie cū fuerit cali-
da pungitiua. Aut ꝑꝑ cām ma-
teriei in seipsa: qm̄ cū fuerit ca-
lida sicut colera: aut in talibꝰ q̄
lis sūt cause hmōi nō erit longe
quin festina veniat sitis. Et si
cū hoc harū rerū accidit contra

riū nō erit longe q̄n penit⁹ sitis cū tarditate veniat. ¶Cū g̃ videris q̈ sitis iā supfluit: ⁊ q̈ vētris solutio nō sit pauca: cōstringe ⁊ p̄cipue cū cāe festinatiōis sitis ⁊ velocitatis ipsius nō fuerint i vētrē qm̄ i hm̄ōi nō debes dare ↄstrictionē cū sitis appuerit. ¶Nūq̈ ēt exit⁹ ei⁹ qd̄ egredit: est demōstratiu⁹ hore ↄstringēdi. Qui em̄ colerā expellit rubeā cū viderit q̈ iam puenit ad flegma: sciat q̈ iā medicina supflue opatur: ⁊ quātomagis si ad coleram puenit nigrā. Sāguis vero maioris ē timoris ⁊ deterioris piculi. Et si cui pp medicinā mordicatio supuenerit: ↄsiderādum erit qd̄ in capitulo de mordicatione diximus.

¶De mō succurrēdi disposi-tioni eius in quo superfluit ventris purgatio. Cap. 7.

Inanitio supfluit: aut pp venaꝝ debilitatē: aut pp orificioꝝ ipsaꝝ amplitudinē: aut ppterea q̈ pharmacia eaꝝ pūgit orificia: aut ppterea q̈ ex ↄplexiōis malitia corpi acq̄sita fuerit aut ex ea q̄ est sicut ipa. Cū g̃ vētrispurgatio supfluit: liga extrema supius ⁊ iferi⁹ icipiēs ab ascellis ⁊ inguinib⁹ descēdēdo ab eis. Et in potu parū tyriace aut filonij tribue. Et si poteris fac ipm̄ sudare i balneo aut vapore aq̄ calide sub pānis suiscapite exteri⁹ tracto. ¶Cūq̈ multū sudauerit ↄstrictius ad potādū da ei ⁊ fricet. ¶Et fiāt ei epithimata ex reb⁹ bn̄ redolētib⁹ ex aq̄ myrtoꝝ ⁊ sādalis ⁊ cāfora ⁊ succo fructuū. Mēbra p̄terea ipi⁹ extrīseca fricare debes ⁊ calefacere vētosis cū igne sub hypocūdrijs pus positꝫ ⁊ iter spatulas ipius. ¶Qd̄ si tibi necesse fuerit stomacho ipi⁹ ⁊ itestinis supponere empl̄a ex ordeo fctō ⁊ aquis stipticis fac silr̄ ex oleis oleo de cydonijs ⁊ oleo de mastice. ¶Ipe p̄terea ab aere frigido est separādus: qm̄ p̄mit eū ⁊ ipi⁹ resoluit vētrē ⁊ ab aere calido: qm̄ ipi⁹ laxat ɏtutē. ¶Cōfortari q̄z dꝫ ex reb⁹ bn̄ redolentib⁹ ⁊ ex stipticis ad traijciēdū ⁊ dādū ⁊ ex tortellis i vino suauiter redolēte. Opꝫ tn̄ vt sint calide: et vt pānis cū succo granati: iā p̄cesserit: a sanguicha ⁊ cortices papaueris albi triti. ¶Ex eo q̄z exptū ē vt g̃na nasturtij pōdere triū. ʒ. sumant ⁊ torrefiant: deīn adhoc coquant dōec coagulent ⁊ ad bibēdū tribuat: ē nāq̈ vltimū i bonitate. ¶Opꝫ p̄terea vt ei⁹ nutriēs sit stipticū infrigidatū cum niue q̄le ē qd̄ fit ex succo vue acerbe ⁊ sibi silib⁹. ¶Ex eo etiā qd̄ i retinēdo solutionē iuuat: est vt vomit⁹ p̄cedat cū aq̄ calida: ⁊ ei⁹ ēt extrema i ea mittant. Et nō ifrigides ea. ¶Cum aūt alicui eoꝝ sincopis superuenerit: da ei vinū ad potādū. Et si hoc totū ↄtulerit: tribue ei i fine rei narcotica ⁊ medicamēta fortia: nota q̄ sūt i caplō de prohibitiōe fluxus vētris. ¶Medico vero ē vtili⁹ vt p̄uisor existat i p̄parando trociscos ⁊ pulueres pōticos añq̈ sit hora: ⁊ vt etiam sit p̄uisor ⁊ in enematibus ⁊ ipsorum instrumentis.

¶De eo q̄ bibit medicinā et non solutus fuerit. Cap. 8.

Cum pharmacia solutionē nō fecerit ⁊ fecerit mordicationē vētris ⁊ angustiā i ipō ⁊ q̄ sumpsit ipam estuauerit: scotomabit ⁊ dolebit caput ⁊ patie

alices ⁊ oſcitatiões: ſuccurrere
debes cũ enemate ⁊ collyꝛijs ſic
cis. ¶ Et ipẽ q̇dem bibat maſti
cis.ʒ.iiij.in aqua tepida. ¶ Me=
dicina q̊ȝ qñꝙ operaẗ pp ſtipti
coꝛũ bibitionẽ ⁊ comeſtionẽ ta=
liũ qualia ſũt cydonia ⁊ macia
na ꝓpterea ꝙ os ſtomachi com
pꝛimũt ⁊ qḋ ſub eo exiſtit ⁊ pꝛo
pter qḋ nauſeã ſedant ⁊ medici
nã a ſuo motu q̇ ẽ ad ſuperioꝛa
violẽter ad partẽ mouẽt iferio=
rẽ: ⁊ ꝓpterea ꝙ nature vim ife=
rũt. ¶ Qḋ ſi enema nõ iuuerit ⁊
mala ſupuenerint accidẽtia ex=
tẽſiõis coꝛpis ⁊ oculi exierit eẍ
⁊ fuerit motꝰ ad ſupioꝛa: neceſ=
ſaria erit minutio. ¶ Et cũ me=
dicina vẽtrẽ nõ ſoluerit ⁊ mala
eã nõ ſecuta fuerint accidentia
melius etiã erit vt ipã ȝ ꝯſequaẗ
minutio ſaltem poſt duos dies
aut tres: nã niſi hoc factũ fuerit
timendũ eſt in ipõ ne humoꝛes
ad vnum pꝛincipalium mẽbꝛo=
rum moueantur.

¶ De diſpoſitiõibus medicina
rũ ventrẽ ſoluentium. Cap.9.

Medicinaꝝ ventrẽ ſoluẽtiũ
q̄dã ſũt quaꝝ malignitas
magna ẽ ſicut elleboꝛꝰ niger et
turbith cũ nõ fuerit bonũ imo
fuerit ex gñe ipſiꝰ qḋ ẽ citrinũ.
Et agaricũ cũ nõ fuerit album ⁊
purũ: imo nigredini attinuerit
Et ſicut laureola. Et qꝛ res iſte
male ſũt: tũc ſi bibite fuerint: et
mala inde accidẽtia ꝓuenerint
meliꝰ erit vt medicia a coꝛpe ex
pellaẗ quãto plus poſſibile fue
rit vomitu aut purgatiõe ⁊ me
diceẗ cũ tyriaca. Multaꝝ p̃ter=
ea eaꝝ remoueaẗ malia ⁊ ꝯtur=
batio quã faciũt aie dãdo in po
tu aquã vehemẽter frigidã: ⁊ ſe
dẽdo i ipſa ſicut turbith citrini
putridi. Oĩs q̊ȝ res q̄ acuitatez
frãgit glutinatiõe ⁊ lenificatio
ne ⁊ vnctuoſitate i q̄ ſit dulcedo
ad hoc cõfert. ¶ Quedã ẽt medi
cinaꝝ qñꝙ aliq̇bꝰ ꝓpoꝛtiõales
exiſtũt ꝯplexiõibꝰ: ⁊ alijs nõ cõ
ueniũt. Scamonea nãꝙ i eos q̇
in frigidis moꝛãẗ regionibꝰ nõ
opaẗ niſi debiliter: niſi magna
inde deẗ quãtitas ſicut eſt mos
eiꝰ i terra turcoꝝ. Et qñꝙ eſt ne
ceſſariũ q̇buſdã coꝛpibꝰ ĩ aliq̇bꝰ
regionibꝰ ne medicinaꝝ coꝛpa
deṅẗ: ſȝ ꝟtutes eaꝝ tm̃. Et ẽ ne=
ceſſe ẽt vt medicis ſoluẽtibꝰ vẽ=
trẽ bñ redolẽtes medicie miſceã
tur ꝓpterea vt mẽbꝛoꝝ ꝟtutes
ꝯſeruenẗ. ¶ Medicine q̊ȝ coꝛdis
ad hoc iuuamentũ ꝯferũt: ꝓpea
ſpm̃ aialẽ i vnoq̊ꝙ mẽbꝛo cõfoꝛ=
tãt. Plurime q̊ȝ eaꝝ ſubtilitate
ſua ⁊ facilitate iuuãt. ¶ Due p̃=
terea medicine qñꝙ ꝯiungũtur
q̊rũ vna ſuũ hũoꝛẽ cito expellit
⁊ altera tarde. Una ḡ ſuã opa=
tionẽ efficiet poſtꝙ ipã iã alterã
ẽt i ſuo hũoꝛe ꝯp̃ſſit ⁊ opabiẗ in
ipãȝ ⁊ eiꝰ debilitabit ꝟtutẽ. Cũ
ꝙ ſcḋa poſt operari ceperit: erit
debilis ꝟtutis mouens ⁊ nõ pfi
ciẽs: q̊re erit aliq̇d ei admiſcen
dũ qḋ ipãȝ i facilẽ reddat ⁊ feſti
nare faciat ſicut ʒiʒiber turbith
qm̃ ipȝ ſtupefieri non pmittit: ⁊
ſilr̃ fiet ſi eas bñ ſciueris pmiſce
re. ¶ Amplius ꝯſiderare debes
pꝛincipia que in virtutibꝰ medi
cinarum ventris ſolutiuarũ de
clarauimus cũ locuti fuimꝰ de
pꝛincipijs vniuerſalibus medi=
cinaꝝ ſimpliciũ. ¶ Medicina p̃
terea ſolutionẽ faciẽs plurimũ
opabiẗ illḋ ſoluendo ꝓpꝛietate
ſui: ſicut turbith. Et plerũꝙ effi
cit illḋ exp̃mẽdo ſui ꝓpꝛietate: ſi
cut mirabolani. Et qñꝙ operaẗ

tus lenificādo ꝓprietate sui:sicut siracost.ꝛ quãq operat̃ id lābificādo sicut mucillago psilij et pruna. ¶ In pluribus q̃ʒ violentarum medicinarū existit aliq̃ venenositas ꝛ solutionem ventris efficiūt fm modū q̃ nature violentia infert. ¶ Ipse igit̃ sunt aptāde medicinis in q̃bus existūt bezariati. ¶ Plerūq ēt adiuuāt amaritudo ꝛ acuitas ꝛ pōticitas ꝛ stipticitas ꝛ acetositas i opatiōibus medicie cū eius ꝓprietas ei p̄sens affuerit. Amaritudo nāq ꝛ acuitas i resoluēdo iuuāt. ꝛ pōticitas ꝛ stipticitas i p̄mēdo. ꝛ acetositas in icisionē faciēdā q̃ ad lābēdū p̄parat. ¶ Amplius qđ lābere facit nō est cōiungendū ei qđ in p̄mēdo iuuat talit̃ vt sint eorū eq̃les ꝟtutes. Imo melius est in hmōi vt vnū post aliud tardet̃ vt sit ꝟbigratia vna duarū medicinarū q̃ lenificat prius suaʒ perficiens operationem q̄ ea q̃ premit:deinde adueniat exp̄ssiua et expellat qđ lenificatum fuit. Et in reliquis secūdū hāc considerationem.

¶ De eo qđ ex hoc capitulo in alijs locis inquirēdū ē. Ca.10.

Medicine vētris solutiue ꝛ lenificātes q̃ bibūt̃ ꝛ epitymant̃ ꝛ reliq̃ ab eis:i nr̄o āntidotario sunt relinquēde. ꝛ fm etates vniuscuiusq ēt medicinaꝝ simplicū melioratio. ꝛ q̃lit̃ sit ei succurrēdū. Et quō sit ei i potu tribuēda:i medicinis req̃rat̃ simplicibus. Pillule preterea ad bibēdū dāde nō sunt postq̄ dsiccate sunt ꝛ facie fuerit vt lapides. neq ēt cū sit mol les:ne penetrēt ꝛ retineant̃: Sʒ sint sic q̄n siccari ceperint:ꝛ digitis cedant si comprimantur.

¶ De vomitu. Cap.11.

Homines q̃ sūt remotiores ab h̄ vt medicus eos vomere faciat leuit̃ aut pp naturam sunt homines q̃ pectus habēt strictuꝫ q̃ male anhelāt:ꝛ q̃ ad sanguinē spuendū sunt apti et hoies colla habētes gracilia: ꝛ apatibus q̃ in ipsorū nascunt̃ gulis apti:ꝛ stomachos hn̄tes debiles:et multū pingues q̄m istis cōueniētius est vt vēter soluatur:ꝛ macris melior est vomitus colere ipsorū aptus. Aut propter vsum homines quibus difficile est vomere:neq vomēdi habent consuetudinē q̄m si istis vomitus prouocatus fuerit fortibus vomitibus non remanebit quin ipsorū vene in mēbris anhelitus scindant̃ et pueniāt ad ptisim. Cū aūt alicuius res qualis sit ignorabitur vomitibus leuibus prius erit experiēdus qui si ei fuerint faciles erimus et fortes ausi dare sicut illuʒ q sit ex ellebor o:et sibi sil̃r. ¶ Et si nō oportuerit vt fiat q̄tenus vomāt:aut fuerit vnus cui necessariuʒ erit dare vomitū p̄para ip̄m an̄ ꝛ facies ei ꝯsuetudinē ꝛ mollifica ipsius nutrientia ꝛ fac ea vnctuosa ꝛ soluta:ꝛ fac eum q̃escer̃ ab exercitijs ꝛ postea daipʒ ei. ꝛ da i potu vnctuosa:et olera cū vino:ꝛ ad cōedēdū da ei an̄q̄ vomat nutriētia bōa:ꝛ ꝓpe si vomitus fuerit difficilis: q̄m fortasse nō vomet ip̄m:ꝛ natura eū ꝛtinebit ꝛ melius ē vt bonū retineat q̄ malū. ¶ Cūq post cibū quē cōedit cā vomēdi vomuerit:tardet cōestionē ꝛ donec fames sit fortis. Et sedat sitim eius cuʒ aliquo quod sit

ſicut ſirupꝰ macianoꝝ ſine aq̄
⁊ nō cū iuleb neq; ſirupo aceto
ſo:qm̄ vomere faciūt.¶Cibus
aūt q̇ eſt ei vtilis eſt pullus in
cardabē⁊ tres phyalevini poſt
ip̄m.¶Et ille q̇dē qui acetoſuz
vomuerit ⁊ nō cōſueuit ⁊ ī pul=
ſu aliq̄d ſignū febris habuerit
comeſtionē vſq; ad mediū diez
tardet ⁊ añ ipſam aquam cali
dā roſaceam bibat.¶Cui aūt
acciderit vt colerā vomat ni=
grā:ipſiꝰ ſtōacho ſpongia ace=
to calido īfuſa ſupponat̄.⁊ me
lius q̇dē eſt vt ſit cibus qui ad
vomeñ.ſumit̄ diuerſus:qm̄ cuz
eſt vnꝰ qñq; ip̄m amplectit̄ ſto=
machꝰ ⁊ in dimittēdo ipſuz fit
auarꝰ.Poſt vomitū autē ipſiꝰ
ſuperfluū cōferunt aues parue
et pulli cū ambulare īcipiunt
oſſa tñ ſuarū extremitatū non
comedat:q: ſunt grauia ⁊ ī ſto
macho tardantur.Et fac eū in
gredi balneū.¶In hora autez
vomēdi currat ⁊ exercitetur ⁊
fiat vt laboret poſtvomat:ſitq;
h̄ ī m̄dia die.¶In hora p̄terea
vomēdi opz vt oc̄li ligent̄ ſup
poſitꝫ pilis duabꝰ:deiñ venter
leui faſcia tēperate faſcietur.
¶Res q̄z que vomitus ſunt p̄=
paratorie ſunt eruca ⁊ rapha=
nus ⁊ carica ⁊ calamētū mōta
nū ⁊ recēs ⁊ cepe ⁊ porri et aq̄
ordei cū fece ſua ⁊ melle ⁊ pul
tes fabaꝝ dulcedine ⁊vinū dul
ce ⁊ nuces cuz melle ⁊ q̄ ſūt eis
ſimilia:⁊ micla q̄ facta ē ex pa=
ne azimo ⁊ oleo:⁊ melones et
cucumeres earuz ſei:aut aliq̇d
ex eoꝝ radicibꝰ tritꝫ ⁊ ī aq̄ īfu
ſis cū dulcedie ⁊ hermodactili
et raphanꝰ.¶Qui aūt vinū bi
berit iebriās ad h̄ vt euomat
non īcipiat vomere donec ad=
huc paꝝ bibat ſz bibat multū.
¶Suchaha q̄z cū bibita fuerit
poſt balneū faciet vomere⁊ ſol
uet vētrē.¶Ampliꝰ q̇ vomere
voluerit nō fortit̄ maſticare dz
ꝓpe ip̄z.¶Cūq; āt aliq̇s fortez
vult vomitū ſumere:ſic̄ q̇ fit ex
helleboro: ip̄m bibere dz niſi
fuerit q̄d ꝓhibeat et poſt duas
horas diei ⁊ poſtq̄ ſtercꝰab īte
ſtinis exierit.⁊ ſi cuz pēna vo=
muerit:bñ erit.⁊ ſi nō moueat̄
parump.⁊ ſi nō balneū mittat̄.
Pēna q̄z q̄ fit vomitꝰ inūgēda ē
ex aliq̄ q̄d fit ſicut oleū ſiſami=
nū.Q̄d ſi icēſio acciderit ⁊ an=
guſtia ſtōi det̄ ī potu aq̄ cal'a ei
aut oleū:qm̄ aut vomitū faciet
āt vētrē ſoluet.¶Ex eo p̄terea
q̄d ad h̄ iuuat ē ſtōi extremorū
calefactio:qm̄ h̄ nauſeā facit.
¶Cūq; medicinā vōere faciēs
p̄parauerit ⁊ ſuā īcepit opatio
nē vomitor quieſceredz.⁊ odo
res bonos olfacere.⁊ eius ex=
trema cōprimēdo ſunt fricāda
⁊ parū aceti ē ei ī potu tribuē=
dū.⁊ comedat maciana ⁊ cido
nia cū pauco maſticis.¶Et ſci
to ꝙ motꝰ facit magis vomere
⁊ q̇es minꝰ.⁊ eſtas ē tp̄s magꝭ
ꝯueniēs vl' q̄d ē dignꝰ vt ī ip̄o
fiat vomitꝰ.¶Q̄d ſi alicui ne=
ceſſariꝰ fuerit ⁊ ñ fuerit figure
ip̄iꝰ ꝯueniēs eſtas erit dignior
hora vt ī ea ꝯcedat̄.¶Et finis
vomitꝰ lōgiq̇or ſcḋm modū pur=
gatiōis prie ē ſtōi ſoliꝰ ⁊ ñ īte=
ſtinoꝝ.⁊ ad modū q̇dē purga=
tiōis ſcḋe capitꝭ ⁊ totiꝰ corpis.
Ipiꝰ ꝟo attractio⁊ eradicatio
eſt ab īterioribꝰ.et tu q̇dē cog=
ſces vomitū ꝯferētē ab eo q̇ nō
fecit iuuamētū:ex eo ꝙ ip̄z ſeq̄
tur alleuiatiōis⁊ ꝺſiderū boni
et ālhelitꝰ ⁊ pulſꝰ bōitas:⁊ ſiīr
ex

ex diſpõnibꝰ aliarũ ꝟtutũ:eiꝰ ãt iceptio ẽ nauſea. ¶ Et ꝺ́ꝫeriꝰ q̇dẽ malũ qꝺ̆ efficit:ẽ mordicatio fortꝫ i ſtõ ꝛ aduſtio ſi medicina fuerit fortꝫ ſicut elleborꝰ: ꝛ qꝺ̆ ex eo fit qm̃ icipit a ſaliua q̃ fluit: deiñ ſeq̇ꝛ ipꝫ vomitꝰ mꝉti flegmatꝫ multoties:poſt quẽ ſequiꝛ vomitꝰ rei liq̇de tenacꝫ. ¶ Mordicatio q̃ꝫ ꝛ dolor erũt mãſiui ita ꝙ alia accñtia ñ mutenꝛ niſi i nauſeã et ãguſtiã:et qñꝗ ſoluiꝛ ẽt vẽter poſtea i hora q̇rta icipit q̇eſcere et ad requiẽ declinat. Malũ ãt ẽ vt vomitꝰ nõ ꝑueniat ꝛ magnificeꝛ ãguſtia ꝛ accidat tẽſio ꝛ egreſſio oculoꝝ ad exteriora ꝛ fortꝫ rubedo i eis vtriſꝗ ꝛ ſudor mꝉtꝰ ꝛ iterſectio vocꝫ. ¶ Si ḡ alicui acciderit niſi ei ſubueniaꝛ: ꝑueniet ad mortẽ ide. ¶ Illud ãt q̄ ei ſuccurriꝛ:ẽ enema ꝛ doſis mellꝫ cũ aq̃ calꝫa. ꝛ i potu ei dare olea i q̇bꝰ tyriace ꝟtꝰ exiſtit ſicꝫ oleũ ꝺ̆ lilio. ꝛ labora donec vomat:q2 ſi vomuerit non ſuffocabiꝛ. ꝛ adhibe ẽt enema qꝺ̆ ſit apꝺ̆ te ꝓparatũ. Et egritudines q̇dẽ q̃ ſũt digniores eo vt i eis fiat vomitꝰ ſũt cronice ſicꝫ hydropiſis ꝛ epilepſia ꝛ melancolia ꝛ lepra ꝛ podagra et ſciatica. ¶ Uõitꝰ ꝓ̃ea cũ ſuꝫ iuuamẽtꝫ plerunꝗ affert egritudines:ſicꝫ qñꝗ gñat ſurditatẽ. ¶ Amplꝰ minutio ñ ẽ cũ eo cõtinuãda:ſꝫ tardãda tribꝰ diebus ꝛ ꝓ̇cipue ſi i ore ſtõi fuerit hũor. ¶ Uomitꝰ q̃ꝫ mꝉtoties ſit difficilis ꝑꝑ hũorꝫ ſubtilitatẽ. Ipe igiꝛ ẽ igroſſãdꝰ potu ſauic ꝛ granis granati. ¶ Et ſcito ꝙ exitꝰ male rei ꝑ iſeriora poſtvomitũ ẽ ſignũ qꝺ̆ illꝺ̆ ꝙ faciebat faſtidiũ ꝺ̆ſcẽdit iferiꝰ. ¶ Et vomitꝰ poſt aſcellationẽ ẽ ſignuꝫ ꝙ ẽ ex accñtibꝰ aſcellãdi. ¶ Hora ꝓ̃ea vomẽdi i eſtate melior cã dolorꝫ i meridie ẽ. ¶ Et võitus corpi ꝯfert ſꝫ viſui nocumẽtũ facit. ¶ Amplꝰ faciẽdũ non eſt vt ꝓ̇gnãs vomat:qm̃ ſupflui tates corpis ipſiꝰ i ea nõ egredietur:ꝛ vomitꝰ ꝛ labor eã ad eſtuationẽ ꝑducẽt. Faciẽdũ eſt igiꝛ vt q̇eſcat. Aliũ ꝟo q̇bꝰ accidit vomitus ſunt iuuandi.

¶ De eo qꝺ̆ agere debet ille qui vomit. Cap̃.12.

Cum ille qui vomuerit a ſuo vomitu euaſerit: os ſuũ ꝛ faciẽ poſt võitũ abluer̃ dꝫ ex aceto aq̃ tẽꝑato:vt ꝙ̃uitas q̃ qñꝗ capiti accidit:ꝛ̃ moueaꝛ. ꝛ paꝝ maſticis cũ aq̃ macianoꝝ bibat. ꝛ caueat ſibi a cõeſtiõe ꝛ potu aq̃. ꝛ diu q̇eſcat. ꝛ ipiꝰ iungan̄ꝛ hypocundria. ꝛ igrediaꝛ balneũ. ꝛ abluat ſe velociter ꝛ egrediaꝛ. ꝛ ſi neceſſariũ ei fuerit daꝛ ad cõedeñ. ſit res boni ſaporꝫ ꝛ bõe ſꝫ̃iet velocꝫ dige.

¶ De iuuamẽtis que affert vomitus. Cap̃.13.

Hypocrates ꝓ̇cepit võitũ fieri i vnoq̃ꝫ mẽſe duobꝰ diebus ꝯtinuꝫ vt i ſcꝺ̆o emẽdeꝛ id qꝺ̆ i prio die fuit difficile ꝛ vt expellaꝛ id qꝺ̆ aduenit ſtõacho. Hyp. nãꝗ ſecuritatẽ fcꝫ ꝙ cũ eo cõſeruaꝛ ſanitas:ꝭ ãt plꝰ ẽ malũ. ¶ Et vomitꝰ q̇dẽ q̇ eſt hmõi euãt flã ꝛ coleram ꝛ mũdificat ſtõachũ. Ipe nãꝗ ñ hꝫ qꝺ̆ ipm mũdet ſicꝫ iteſtina hñt cholerã rubeã q̃ ad ea deſcẽdit ꝛ mundat ea. ꝛ remouet grauitatẽ q̃ accidit capiti ꝛ clarificat viſũ. ꝛ aufert faſtidiũ. ꝛ ꝯfert ei ad cuiꝰ ſtõachũ ꝺ̆ſcẽdit colera q̃ ipiꝰ corrũpit cibũ qm̃ cuꝫ ꝓ̇ceſſerit

lib. j. de dictus ratione par char. ant. finem

vomit⁹ ei⁹ cib⁹ semp mūd⁹ veniet, et remouet abhominationē q̄ fit pp vnctuositatē et casū desiderij ipsi⁹ meri et q facit dsiderare acutū et acetosū et pōticū. et ꝯfert lassitati corporis. et vlceri b⁹ q̄ sūt i renib⁹ et vesica. et ē lep forte medicamētū. et malicie colonis. et epilepsie stōatice. et ictericie et asmati: et tremori: et paralisi. et ē ex curatiōib⁹ q̄ ꝯferūt habētib⁹ vlcera nigra magna. Jpsa q̄ꝫ fieri dꝫ i mēse semel āt bis p⁹ repletiōē: ita q nō obseruet reuolutio scita neqꝫ nūer⁹ dicꝫ not⁹. ¶ Et ille q̄dē cui mai⁹ iuuamētū affert vomit⁹ ē cui⁹ cōplexio pria ē colerica et ē macer

¶ De malicijs que ꝓueniūt. ex supfluo vomitu. Ca. 14.

Supflu⁹ vomit⁹ stōacho nocet et ipꝫ debilitat et resoluit ipꝫ et facit eū aptū ita vt materie ad eū ꝓueniāt. et obest pectori: et visui: et dētib⁹: et ātiqs capitꝫ dolorib⁹ nisi eis q̄ sūt pp societatē stōachi. et fac̄ nocumētū epilepsie capitꝫ q̄rū ē cā iferiorꝫ mēbrorꝫ. ¶ Supfluitas q̄ꝫ q̄ ē i ipo nocet epati et pulmōi: et oculo: et aliquā venarꝫ q̄nqꝫ scidit. ¶ Ex hoib⁹ p̄tea ē q̄ vult cito iꝑleri: deīn nō tolerat imo ꝑparat ad vomēdū. et actio hui⁹ ex eis est que perducūt eū ad malas egritudines māsiuas. Jpse ergo a repletiōe ꝓhibēd⁹ est. et tu ipi⁹ cibū et potū mēsura.

¶ Ut succurrat dispositiōib⁹ que accidūt vomēti. Ca. 15.

De ꝓhibitiōe aūt vomēdi dixim⁹ iaꝫ qd oportebat. ¶ Tēsioni v̄o et dolori q̄ sub hypocūdrijs fiūt ꝯfert pāni aqua calida ifusi et suppositi et oleꝫ lenificātib⁹ et vētose cū igne. Forte āt mordicatōes i stōacho remanēte ꝯmouet bibere iura vnctuosa q̄ cito digerāt: et inūgere locū ex aliq̄ qd sit sic̄ oleū violaceū mixtū cū oleo de keiri et pauca cera. ¶ Sigultū v̄o si cū eo acciderit et ꝑmāserit ꝯtinebit sternutatio et dare ei ex aq̄ calida ad traijciēdū paulati. et d sāguie q̄dē iā dixim⁹ i caplo de ipedimētꝫ vōit⁹. ¶ Alcuzem v̄o et egritudib⁹ fridꝫ et subeth et itersectiōi vocꝫ q̄ accidit post ipꝫ ꝯfert ligare ext̄ma et strigere ea et supponere stōacho pānuꝫ infusū oleo i q̄ cocta fuerit ruta et siccidis: et dare ei ad bibēdū mel cū aq̄ calida. ¶ Et habēti quidē alsubet fiat hoc et in aurem eius mittatur.

¶ De eo i quo supfluit vomitus. Cap. 16.

Jat vt ipe dormiat: et igeniet quāto plus possibile fuerit qūo dormiat. et liget ei⁹ ext̄ma talit q̄lr ligant cū fluxū vētris retinere volum⁹. et ipsi⁹ medicet stomach⁹ cū ēplastris pōticis fortitudinē facientib⁹. ¶ Qd si vomit⁹ supfluerit et incessanter egrediāt hūores donec sāguis exeat: da ei ad bibēdū lactis i vino mixti q̄tuor cotilas: q̄m medicine vomitiue malitiā ꝯprimit: et sāguinē ꝓhibet et naturā lenit. ¶ Qd si ptē pectorꝫ et stōachi a sanguie cū h mūdificare voluerꝫ ne ex eo aliq̄d coaguletur: da ei ad bibēdū sirupum acetosū: siue sit ex melle: siue ex zuccaro cū niue ifridatū paulati. cū h q̄ꝫ q̄nqꝫ cōfert bibere succū portlace cū bolo armeno. ¶ Cū ḡ refact⁹ fueris ꝓ aliq̄ in q̄ supfluit medicina: fac ipm vomere. ¶ Et opꝫ

q̄dē te q̄rere medicinas vomitiuas sʒ suos grad⁹ ꝛ quo q̄cꝫ eaꝝ ad bibēdū sint dādeꝛ p̄cipue helleboruʒ in antidotario ꝛ medicinis simplicibus.

De enemate. Ca.17.

Enema ē medicamē nobile i expellēdo supfluitates q̄ sūt i itestinꝭ: ꝛ i sedādo dolores renū ꝛ vesice ꝛ apāta ipsorum: ꝛ egritudies colice: ꝛ i attrahēdo supfluitates a mēbris p̄ncipalib⁹ supiorib⁹. Que v̄o ex eis sūt acuta d̄bilitāt epar ꝛ pducūt ad febrē. Ex enematib⁹ p̄terea fit iuuamē i expellēdo reliq̄as q̄s inanitētia relinquūt. Formā v̄o clysteris ꝛ q̄mō clysterizet iā retulim⁹ i.c. de colica. Uꝝ q̄ʒ qd̄ clysterizati sit⁹ melior sit vt supin⁹ iaceat: deiñ reuoluat se ad lat⁹ dolēs. Et clysterizādi hora melior est cū est aeris frigiditas qm̄ sequit̄ idē ne augmētet̄ grauitas ꝛ dolor ꝛ estuatio ꝛ nausea. Balneū p̄terea solet facere vt ebulliāt hūores ꝛ spargant̄. Clysteris q̄ʒ ꝯditio ē vt aerē ꝛ hūores retētos attrahat. Et pp̄ hoc sʒ plimū nō est bonū vt balneū enemati p̄mittas. Qd̄ si q̄s i itestinis pustulas habēs ipo idiguerit cā febris aut alicui⁹ egritudis ꝛ timuerit ne enema retineat̄: supponere dʒ ano suo ꝛ femori ꝛ locis q̄ sūt i circuitu speltā calefcām cū pāno.

De epythimatib⁹. Ca.18.

Epithimata sūt ex medicis bōis q̄ ad ipam peruenīūt egritudiē. Et medicia fortas se duas hʒ v̄tutes: vnā s̄btiliatiuā ꝛ alterā ingrossatiuā: ꝛ erit maior nec̄itas s̄btiliatiueq̄ȝ ispissatiue. Cūq̄ȝ ei⁹ ispissatio fuerit tēperās subtiliationē ex ea fiet ēpl'ʒ penetrabit subtilitas ꝛ remanebit spissitudo ꝛ illa q̄dē q̄ penetrat ꝯfert: sicut facit coriādrū cū hordeo fracto cū ex eis fit ēpl'ʒ sup scrophulas. Emplastra p̄terea sūt talia q̄lia epithimatha lʒ ēpl'a sūt dura ꝛ epithimata currētia. Est q̄ʒ cum epithimata fiunt cū pānis. Cūq̄ȝ mēbris p̄cipalib⁹ supponūtur sicut epati ꝛ cordi ꝛ nō fuerit ibi q̄ ꝓhibeat: ꝯferūt pāni suffumigati ex xiloaloe crudo ꝛ v̄tutib⁹ epithimat hūbonū tribuūt odorem quē principalia diligunt.

De embrocis. Ca.19.

Embroce sunt medicamēta ꝯgrua ei q̄ ex capite ꝛ aliꝭ mēbris opʒ resolui ꝛ illi cui complexionē necessariū est pmutare. In mēbris autē q̄ ēbrocare oportet ex calido ꝛ frigido si nō in eis fuerit supfluitates que descendūt: fiat pri⁹ embroca ex calefacto. Deinde fiat ex aqua frigida vt constringant̄. Qd̄ si res diuersa fuerit a frigida icipiat̄.

De flobothomia. Ca.20.

Flōmia ē euacuatio vniuersalis q̄ multitudinē euāt. Multitudo āt ē augmētū hūoꝝ sup eq̄litatē ipsoꝝ i vētris. Et nemo q̄dē ē flōmand⁹ nisi vnus duoꝝ. Un⁹ eorū ē egritudinib⁹ p̄parat⁹ qui cū ipsi⁹ sanguis multiplicat⁹ fuerit: cadet i eas. ꝛ alter ē cadēs i ea. Unusquisq̄ȝ aūt eoꝝ aut flōmat̄ pp̄ sāguis multitudinē: aut pp̄ ipsi⁹ malitiam: aut pp̄ vtrūq̄ȝ. Ex his quidem egritudinib⁹ p̄paratꝰ est sicut q̄ est exposit⁹ sciatice ꝛ podagre fortibus ꝛ artetice sanguineis. Aut ille cui accidit sputū sāguineū ex fissura vene q̄ i pulmone ei⁹ existit tēuit̄ ꝯsolidata: qm̄ cū

ipsi⁹ mľtiplicaꝶ sanguis scinde
tur. ⁊ apti epilepsie: ⁊ apople=
xie: ⁊ melãcholie cũ sãguis mľ
titudine: ⁊ sq̃nãtie: ⁊ apatibus
interiorũ: et obthalmie calide
⁊ ex eis qb⁹ emorroidaꝝ sãguiꝫ
q̇ fluere solebat ē retēt⁹: ⁊ mľie
rib⁹ qb⁹ mēstruis sanguis ē re
strict⁹. Horꝝ tñ colores nõ dmõ
strãt ꝙ flobothomari debeant
ꝑꝑ ipoꝝ obscuritatē aut albe=
dinē aut viriditatē. et illi q̇ in
interiorib⁹ mēbris cũ ꝯplexiõe
calida debilitatē patiunꝶ. Naꝫ
istis melius est vt in vere mi=
nuanꝶ: lꝫ in has nõdũ inciderit
egritudies. ⁊ illis qb⁹ ꝑcussio
accidit aut casus: qm̃ q̃nqꝫ mi=
nuunꝶ timendo ne eis accidat
apa. et q̇ hꝫ apa minuēdus est:
qm̃ timeꝶ ne aperiaꝶ añqꝫ ma=
tureꝶ: lꝫ nõ indiguerit: ⁊ ñ fue=
rit ibi multitudo. ¶ Et debes
scire ꝙ dũ iste egritudines ti=
menꝶ ⁊ nõdũ in cãs ceciderit i
eaꝝ pricipio penitus flõmia di
mittaꝶ: qr hũores subtiliat: et
eos ꝑ corp⁹ fluere facit: et eos
sano sãguini admiscet. ⁊ ē etiã
cũ nihil euacuaꝶ ex eo qđ opꝫ:
et facit qđ necessaria sint medi
camēta alleuiantia. Cũqꝫ ma=
turatio appuerit et egritudo
pricipiũ aut statũ p̃terierit: tũc
si oportuerit vt minutio fiat si
nõ fuerit qđ ꝓhibeat: fiat flõia.
¶ Flõia q̃ꝫ neqꝫ euacuatio ven
tris est facienda in die motus
egritudinis: qr est dies requie
scēdi ⁊ inq̃rēdi somnũ et dies
ebullitionis egritudinis. ¶ Et
cũ egritudo est habeņs crisim
in cui⁹ tpe est longitudo nullo
modo sanguis multus est mi=
nuendus: sed si possibile fuerit
quies ē faciēda. Quod si nõ fue
rit possibile vt q̇es fiat ex eo pa
rũ minuanꝶ: ⁊ i corpore sanguis
thesaur⁹ recõdaꝶ: ad flõmiã fa=
ciēdã si apparuerit ⁊ v̄t⁹ conser
ueꝶ ad resistēdũ i crisibus. Qđ si
mľtũ p̃terierit tpis ex quo q̇smi
nut⁹ fuerit: ⁊ i hyeme fuerit cõq̃
stus ꝙ seq̃si fractũ sētiat: minua
tur ⁊ sãguis ꝓ thesauro r̃cõdaꝶ
¶ Ampli⁹ qr flõmia ꝑꝑea ꝙ ad
diuersuꝫ trahit naturã ſꝫ pluri
mũ retinet. ¶ Cũqꝫ ex mľta mi=
nutiõe debilitabiꝶ v̄t⁹ multi ge=
nerabunꝶ hũores. ¶ Sincopis
p̃terea accidit i prima minutõe
cũ subito euenerit ei q̇ nõ cõsue
uit: ſꝫ vomitũ p̃mitteꝛ̃ ē ex eo qđ
eã ꝓhibet: ⁊ si lr vomeꝛ̃ hora q̃ac
cidit. ⁊ debes scire ꝙ minutio ē
ꝑturbãs dõec q̇escat. ¶ Flõmia
q̃ꝫ ⁊ colica raro sit euēiũt. ¶ Pre
gnãs p̃terea ⁊ menstruata ñ mi
nuanꝶ nisi ꝑꝑ magnã necessita=
tē sicutē necessitas retinēdi fortē
sãguis sputũ cũ v̄t⁹ fuerit cõue
niēs. ¶ Et debes scire ꝙ ñ q̃ties
noiata signa repletõis apparue
rint opꝫ vt minuas. iđ q̃nqꝫ ē re=
pletio ex hũorib⁹ crudis ⁊ ē tũc
flõmia mľtũ ipediens qm̃ si mi=
nueris nõ maturabis eos ⁊ time
biꝶ ne eger ꝑdaꝶ. ¶ Nõ aũt est i
ꝯueniēs vt ille i q̃ melãcholia su
perabũdat: minuaꝶ: postea me
dicia solutiua euacueꝶ. Sꝫ soli
cit⁹ eē debes ex dispositiõe calo
ris ſꝫ ꝯditionē quã nũc dicem⁹:
⁊ ꝯsiderare tēsionē: qm̃ ꝑꝑ tēsio=
nē ꝑ totũ corp⁹ incedētē magis
eris considēs ꝙ flõmare debes.
¶ Cũ v̄o sãguis alicuius fuerit
bon⁹ pauc⁹ et fuerint in ipsius
corpore mľti mali humores: flo
bothomia bonũ rapiet ⁊ maluꝫ
relinquet. ⁊ cuꝫ alicui⁹ sanguis
mal⁹ fuerit paucus ⁊ declinaue

rit ad membrũ aliquod quod eius declinatio vehemẽter impedit et fuerit necessariũ vt ipse minuat ex eius sanguine parũ erit assumẽdũ. Et cibo bono erit alẽd9. Deinde erit minuẽd9 iter post dies: ppterea vt malus sanguis ab eo extrahat et bon9 restauret ❡Quod si mali humores colerici in eo fuerit ingeniet quatenus subtili pharmacia euacuẽt: aut vomitu: aut vt sedent. Et stude i hoc vt eger quiescat et digerat et ociet. ❡Et si grossi fuerit antiq̃ pceperũt vt balneet et i suis ministeriis moueat: et dabãt ei ad bibendũ añ flobothomiã et post ipam añq̃ alia fieret minutio sirupũ acetosum subtiliatiuũ coctũ cũ isopo: et hasce/ ❡Cũ autẽ flõia necessaria fuerit cũ debilitate vtutis cã febris aut aliorũ hũorũ: ptire flobothomiam sicut diximus. ❡Ampli9 flobothomia stricta magis ẽ pseruatiua vtutis: sz tñ subtilẽ et clar iterdũ sãguinẽ fluere facit et spissuz et turbidũ tz. Ampla vo velociter est ad sincopin et magis opatiua in mũdificãdo et tardior ad psolidã dũ: sz tñ ẽ dignior ei q̃ s̃m putrefactionez flobothomat et in grossis. Et amplã q̃dẽ efficere i estate ẽ digni9 sit necessariũ fuerit. ❡Flobothomãd9 pterea supinus iaceat qñ flobothomat: qm̃ hoc ẽ pueniẽti9 ad hoc vt ipius pseruet vt9 et ne ei supueniat sincopis. ❡In febrib9 aũt a minutiõe cauẽdũ ẽ.s. i his q̃ vehemẽtis sũt calefactiõis et iflãmatiõis: et i olb9 nõ acutis febrib9 i pncipio i die piodica. In febrib9 pterea cũ qb9 aduẽit spasm9 est a minutiõe cauẽdũ: lz fuerit necessaria: qm̃ cũ spasm9 accidit

vigilare facit et sudare multũ: et deiicit vtutẽ: quapp sanguis thesaur9 ẽ dimittẽd9. ❡Et silr opz vt ex minutiõe febricitãtis cui9 febris nõ ẽ ex putrefactiõe minoratio fiat pptereavt ad resoluẽdũ febrẽ thesaur9 relinquat. Et si fortis inflãmatiõis nõ fuerit et fuerit febris putrida: attende decẽ regulas et postea ituere in vrinali. Et si vrina fuerit grossa et rubedini attinẽs et puls9 ẽt fuerit magn9 et facies tũida et febris i suo motu: s̃ ppet flobothomare i hora q̃ stomach9 a cibo ẽ vacu9. Et si vria fuerit subtilis aut ignea et facies a pncipio egritudis fuerit tornatilis/: caue tibi a flobothomia. Quod si interpollatio i ea fuerit et q̃es febris: i ipa fiat minutio. ❡Dispõnẽ q̃z et tremoris psidera: qm̃ cũ tremor fuerit fortis a minutiõe cauẽdũ erit ❡Ampli9 sanguinis q̃ egredit colorẽ attende. Et si fuerit subtilis albedini attinẽs ipz illico retine. Et summope tibi caue ne egrũ ad vnã duar pducas rer s. hũor colericor ebullitionẽ: et frigidor cruditatẽ. Cũq̃ i febre te optebit flobothomare: s̃ attẽdas quod q̃dã dicũt. s. quod nõ ẽ bonũ vt post quartũ diẽ fiat qm̃ bonũ ẽ vt fiat ẽt si fuerit post. 40. dies et hoc s̃z sniaz Gal. lz pmittere et ppare sit meli9 cũ sigñiõs certe fuerit. Quod si i hoc erratũ fuerit q̃cũq̃ hora inueneris egrũ et oportuerit flobothoma ipsum postq̃z decẽ rerũ sollicitudinẽ habueris. ❡Multoties pterea flobothomia i febrib9 lz necessaria nõ sit: efficit vt nã fortis fiat sup mãz ppea quod eã efficit paucã: et hoc q̃dẽ cũ fuerit figura et etas et vt9 et reliq̃ talia q̃ pmittãt. ❡In

ſebꝛe aũt ſanguinea neceſſe ẽ vt
euacuatio fiat minutiõe nõ ſuꝑ
flua i ꝑncipio: ⁊ ſuꝑflua cũ affue
rit maturatio febꝛis q̃ mltoties
remouet i hoꝛa flõmie. ¶ Tibi
q̃z cauere debes a minutiõe i cõ
plexiõe vehemẽtis frigiditatis:
⁊ i regiõibꝰ foꝛtis frigiditatis:
⁊ i hoꝛa foꝛtꝫ doloꝛis: ⁊ poſt bal
neũ reſolutiuũ: ⁊ poſt coitũ: ⁊ in
etate q̃ eſt minoꝛ. 12. ãnis quãto
plꝰ poteris: ⁊ i etate ſenũ quãto
magis poterꝫ: niſi i figura ꝯſiſꝰ
fueris ⁊ i ſoliditate muſculoꝝ ⁊
venarũ ãplitudine: ⁊ eaꝝ reple-
tiõe: ⁊ coloꝝ rubedie. Hos nãq̃
ex adoleſcẽtibꝰ ⁊ ſenibꝰ flõmare
audebis. Adoleſcentes tamen
ſm oꝛdinem ad flobothomãdũ
paulatim pꝛouehere debes cuꝫ
pauca minutione. ¶ In coꝛpibꝰ
q̃q̃ foꝛtis maciei ⁊ foꝛtis groſſi-
tiei ⁊ rarꝫ ⁊ albis ⁊ laſſis ⁊ citri
nis ſanguinẽ non hñtibus a mi
nutiõe tibi q̃tũ plus poteris ca
uere debes. ¶ Amplꝰ i coꝛpibꝰ
q̃ ꝑlixas ꝑpeſſa ſunt egritudĩes
caue tibi a flobothomia niſi ſã-
guis affuerit coꝛruptio que te
adhoc perducat: qm̃ tunc flobo
thomabis ea: ⁊ cõſidera ſangui
nẽ. Et ſi ipꝫ videris nigrũ ⁊ ſpiſ-
ſum extrahe eũ. Et ſi ipꝫ viderꝫ
albũ ⁊ ſubtilẽ eũ illico ꝯſtringe
qm̃ i ipo exiſtit vehemẽs timoꝛ.
¶ A minutione pꝛeterea tibi ca
uere debes ſuꝑ cibi repletioneꝫ
ne materiã ñ maturã ad venas
trahas loco eius qđ ab eis eua
cuaſti. ¶ Et oꝫ ẽt vt tibi caueas
ab ea in repletiõe ſtomachi ⁊ ite
ſtinoꝛũ facta ex fece iã cõſecuta
⁊ ꝓpinqua imo in eã euacuãdo
ſtude. Et illud quidẽ qđ ẽ in ſto
macho aut coꝛã eo vomitu. Et
qđ i inteſtinis iferioꝛibꝰ q̃ pote

ris: ⁊ ſi non alio ſaltem clyſteri.
¶ Caue ꝑterea tibi ne faſtidiuꝫ
flobothomes: ſed ꝓlõga ipꝫ ad
hoc vt eius faſtidiũ digerat. Et
tibi ẽt caue ne ſubtilitateꝫ ſenſꝰ
oꝛis ſtomachi hñtem aut ipſius
debilitatẽ flobothomes. Et ife-
licẽ ex gñatiõe colere rubee in
ipo. Hmõi nanq̃ ſibi cauere dꝫ.
¶ A nimia quoq̃ audacia i mi-
nuẽdo ſibi cauere dꝫ: ⁊ ꝓpe cũ ẽ
ieiunꝰ. Senſus vero ſubtilitatẽ
oꝛis ſtomachi hñteꝫ dignoſces
ꝓpterea ꝙ moꝛdicatiua trãſce-
re ei nocet. Et habentẽ oꝛis ſto-
machi debilitatẽ cognoſces ex
deſiderij ipiꝰ debilitate: ⁊ dolo
ribꝰ oꝛis ſtomachi. Et habentẽ
os ſtomachi aptũ receptiõi cole
re rubee in q̃ ipſa multum gñat
dignoſces ex ꝑſeuerãtia nauſee
ipſius ⁊ ꝑpea ꝙ colerã q̃q̃ hoꝛa
vomit ⁊ ex oꝛis ipiꝰ amaritudiẽ
Iſtis nãq̃ cum flõmati fuerint:
oꝛis ſtomachi ꝯſeruatõe nõ pꝛe
miſſa accidet ide timoꝛ magnꝰ ⁊
qñq̃ moꝛiũt ide. ¶ Subtilitatẽ
vero ſenſus hñti ⁊ debilitatẽ bu
celle mũdi panis in rob acetoſo
bonũ hñtem odoꝛẽ iſuſe ſũt dã-
de. Et ſi fuerit debilitas ꝯplexio
nis frigide ſint intincte in ali-
quo qđ ſit ſicut aqua cũ zuccaro
cũ aleſeniati aut in ſirupo mẽte
muſcato aut in mira muſcata
poſtea minuat. ¶ Aptitudinem
ꝟo gñatiõis colere hñs ẽ mũdã
dus dãdo in potu ei multitudi-
nẽ aque calide cũ ſirupo aceto-
ſo: poſtea dent ei bucelle panis
ad manducandũ deiñ fiat vt pa
rũper quieſcat: poſtea minuat.
¶ Pꝛeparãdũ pꝛeterea eſt vt qđ
ex bono ſanguine reſolutũ fue-
rit: reſtauret ſi fuerit foꝛtis cuꝫ
aſſatura carnis q̃ ſit ſuper pꝛua

Cum ꝯtigit linguã adeo inflari vt pre magnitudĩe os egrediat: fricãda ẽ ex cepis aut ex citri acetositate: aũt cũ ribes aut ex granato acetoso dõec saliua multa ab ea ꝓfluat. Hoc nãq; modo detumescet ꝛad primã redibit mẽsurã. Si aũt non sufficit: fiat fricatio ex sale ꝛaceto.

¶Et si necdũ sufficit: fiat minutio exvtrisq; cephalicis prius: et postea ex venis q̃ sũt sub ligua.

¶De glãdula q̃ sub ligua noda tur ꝛvocat ranula. Ca.52.

Cum sub ligua glãdula nociua fuerit in ꝑncipio ex sale armoniaco ꝛgallis fricãda ẽ. Si aũt vetusta fiat: ex medicamine gingiue sanguinolẽte fricanda est q̃ est medicamẽ acutum. Eger aũt acetum ꝛ salem in ore teneat.

¶De apostematib⁹ accidẽtib⁹ in lingua. Ca.53.

Ista eisdẽ sunt curãda: ex quib⁹ colas quas supra nominauimus ꝛ sinãtia sanant.

¶De sinantia. Ca.54.

Cum in glutiẽdo sentit angustia adest passio q̃ sinãtia vocat. cui⁹ grauitas vel leuitas ßm angustie quãtitatẽ depꝛhendi põt. Cũq; cum trahciẽdi angustia fuerit in facie ꝛoculis rubedo ꝛrepletio: in ꝑncipio curatiõis cephalica flõmet: ꝛ gargarismus ex succo granati muzi cũ carnositate sua fiat: aut ex rob mori de seni. et post hoc fiat gargarism⁹ cũ aqua rosata i q̃ sumach fuerit infusũ. Qđ postq̃ per tres dies sic factũ fuerit: ꝛvẽter ex succo fructuũ sicut pruno rum tamarindi cassiefistule ꝛte reniabin solut⁹ fuerit: fiat gargarism⁹ ex apozimate ficuũ citriarũ ꝛpassulaꝝ: aut ex medulla cassie fistule cũ ydromelle. qđ si passio iueterauerit: ex gargarismis ꝛinsufflatiõe fortiũ medicaminũ q̃ dicturi sum⁹ curanda erit. Si aũt in facie nõ fuerit rubedo fluxeritq; abore saliue mł titudo ꝛeger fuerit humectat⁹ i principio soluat vẽter ex cochũs ꝛ fiat enema ex clysteri acuto q̃ in ca. de apoplexia noiauimus Cum tñ passio iceperit fiat gargarism⁹ ex sirupo acetoso: ãt cũ ydromelle ꝛpipere ꝛoximelle ꝛ deinde ex almuri nabati. Fiat ẽt gargarism⁹ ex ydromelle ꝛsinapi. De hispterea q̃ male sinãtie ꝯferũt: est vt ex venis q̃ sunt sub lingua fiat minutio: ꝛvt vẽtose absq; scarificatione i collo ponãt: ꝛ ephithimet collum ex melle anacardino donec vesice i eo gñent: ꝛfiat gargarism⁹ cum sinapi ꝛgutturi fiat isufflatio ex hoc medicamie qđ sic fit. Sinapis sal armoniacũ piretrũ nitꝝ assa piper mẽtastrũ: sumat: ꝛ ex eis cum ydromelle fiat gargarismus.

¶De tussi. Ca.55.

Cum tussis acciderit: fueritq; aspera ꝛsicca: ꝛ cũ rubedie ꝛcalore: egro mirabo, viola

rum et ptisana tribuenda erunt: fabas quoque excorticatas et spinachia cum oleo de amigdalis dulcibus in comestione accipiat. In ore vero semper tenere dz pillulas bichichias. Aque autem quam bibit sirupus violatus est admiscendus. Confectio pillularum bichichiarum. Rx. succi liquiritie zucchari albi ambo rum ana. ʒ. x. amidi dragaganti amigdalarum dulcium excorticatarum omnium ana. ʒ. v. ex eis cum mucillagie seminis citonii conspersis informentur pillule. Quod si cum tussi multum affuerit sputum quod cum expuendo expelli non potest: nocumentum infert: sed neque febris neque vehemens ventris solutio ipsam comitantur: ex iis trociscis dandum erit infirmo: qui. Rx. seminis feniculi: seminis apii succi liquiritie capilli veneris amigdalarum omnium partes equales: ex his cum mucillagine seminis lini conspersis informentur trocisci: ex quibus ʒ. iii. tribuantur. ¶ Decoctionem autem qua in hac egritudine vtendum est in ca. de catarro iam descripsimus cui tamen ʒ. v. capilli veneris sunt addende. Quod si tussis antiqua et nociua fuerit adeo vt egrum in nocte dormire non permittat: pillule storacine sunt dande. que. Rx. myrrhe storacis opii omnium partes equales: informentur ex eis pillule ad lupinorum similitudinem: ex quibus vna aut due patienti tribuantur. In potu vero sumat sirupum de papauere: et comedat semen albi papaueris cum zuccharo. ¶ Qui hanc preterea patitur egritudinem vitet in comestione acetosa salsa pontica acria atque amara. ¶ Suffumigium ad antiquam tussim et sputum fetidum quod. Rx. aristologie myrrhe storacis galbani omnium partes equales: arsenici rubei ad pondus omnium: omnia puluerizata ex butyro vaccio conspergantur: ex quibus magdaleones ad pile parue similitudinem informentur: et cum necesse fuerit in ieiunio ex vno eorum per traiectorium suffumigetur.

¶ De asmate. Ca. 56.

Cum aliquis assidue patitur asmate aerem attrahit quemadmodum fit post cursum: aut post vehementem motum: et cum iacet supinus est ei deterius: sed cum sedet est ei melius decoctio ei danda est. que. Rx. ficuum citrinarum. ʒ. x. dactilorum maiorem humiditatem habentium seminis apii seminis feniculi capilli veneris liquiritie ysopi prassii omnium ana. ʒ. v. coquantur in tribus libris aque dulcis donec redeant ad vnam et colentur. De hac vero decoctione tribus diebus egro in potu tribuatur cum pondere duorum aureorum huius confectionis: que Rx. succi liquiritie ysopi capilli veneris omnium ana. ʒ. x. cordumeni piperis amigdalarum amararum aristologie rotunde seminis vrtice omnium. ʒ v. mellis dispumati quod sufficit. ¶ Hec enim confectio superfluitates que sunt in pectore mirabiliter expellit et est optima. Danda est itaque per hebdomadam vnam continuo. ¶ Deinde eger postquam comederit sinapim et mel: vomere cogendus est: et venter ex hispillulis soluendus que recipiunt agarici ordei grana. xviii coloquintide inferioris grana ordei. vi. elacterii grana. iiii. succi liquiritie. ʒ. v. fiant ex eis pillule: et sufficiunt ad dosim vnam. Post hoc quoque iterum redeat ad bibendum confectionem et decoctionem sumendum: et postremo ad vomitum et ventris solutione vt prius. Hoc faciendum est donec eger sanitati restituatur. Interim tamen a cibis grossis et stipticis et acetosis abstineat.

¶ De pleuresi. Ca. 57.

Cum aliqs sub costis suis dolorē sētit pūgitiuū: ꝛ ꝓprie qn siccā patiꝛ tussim: ꝛ febrit: expedit vt si dolor sup partē costarū ꝛ furculā tendit: fiat minutio ex basilica ei⁹ partis i q̄ ē dolor: nisi totū corp⁹ mlto sanguine repletū fuerit: tūc em̄ ex latere cōtrario sanguis detractio facienda est. ¶Egritudo quoq; si iā p aliqt dies a sui pncipio infestauerit egrum: flobothomia silr a parte dolēte faciēda ē. ¶Quod si dolor inferius ad partem costaꝝ posterioꝝ tēdit: vēter ex decoctiōe q̄ in capl'o de reumatismo descripsimus est soluendus. Melius tn̄ est vt flōmia fiat: deinde aq̄ ordei cum zuccaro assidue tribuatur. ¶Et si videris tussim eius vehementis siccitatis: da eis in diluculo omni die iulep: deīn da ei i potu aquā ordei. ꝛ si eger fuerit dbilis nutriatur cū pane ꝛ ex zuccaro. Si aūt fortꝭ fuerit: aq̄ ordei vsq; ad dieꝫ qrtū sufficiet. ¶Cūq; screare ceperit: decoctionē quā i ca. de reumatismo notauimus qtidie sumat ancq̄ aquā ordei bibat dōec sanet. Si aūt febris ꝛ acuitas pseuerēt: ꝛ eger i excreatiōe difficultatē patiat: det decoctio q̄ in cap. de asmate notauim⁹: qd silr ē faciēdū cū saniei fit excreatio. ¶Qd si i pncipio passiōis qd excreat nigerrimū: aut valde citrinū appet: ꝛ sic pmāserit: ꝛ febris nō qeuerit neq; calor vsq; diē septimū timorosū est. ¶Et si cum hoc toto aeris attractio nō alleuiet ꝛ i pectore fuerit oregmon aut in maxillis rubedo: ꝛ i oculis stupor: morti ē ꝓpinqu⁹. Si aūt exteri⁹ in latere appuerit rubedo aut apatio: ꝛ cū pmit loc⁹ dolet ponatur desup vētosa aut emplm ex sinapi ꝛ ficub⁹: ꝛ dimittat ibi dōec loc⁹ vlceret. De his ꝟo q̄ ex errore stolidoꝝ ad augmentū nocumēti accidunt hanc egritudinē patiētibus est: q cū dolor in principio sentit sub costis estimāt grossam fore vētositatē: iōq; electua. diamuscū aut ei silia egro tribuūt eūq; oino iterficiūt. Hec passio vocat birsē cuius cā est apa qd orit interi⁹ in costis hypocundrioꝝ.

¶De peripleumonia. Ca. 58.

Cum hoi supuenerit febris ꝛ i anhelitu tm̄ patit ↄstrictionē vt se pfocari putet ꝛ i maxillis ita vehemēs fit rubedo vt tincte videant: ꝛ anterior pectoris ps dolet: ꝛ tussis adest: ꝛ qd cū excreatōe emittit existit spūosū: ꝛ in pectore sentit grauitas sine pūctiōe ꝛ sine calore: cui oia hec accidūt acutum in pulmone patit apa: ꝛ vocat hec passio peripleumonia. In pncipio igr̄ curationis ei⁹ basilica minuēda ē deinde eger ex eis quibus medicatur pleuresis curandus est.

¶De sanguinis proiectione cū sputo sine vomitu ꝛ sine rascatione per os. Cap. 59.

Cum sanguis cū rascatione aut paruo sonitu qui fit sine tussi egredit: nō est egro inde timenduꝫ. Poterit enim sanari gargarizādo ea q̄ i ca. d sċnātia notauim⁹: ꝛ regimē subtiliādo. ¶Cū vomitu qꝫ si exierit sāguis nō magnū affert timorē. Curat nāq; h flōmando egrū ꝛ si cōcederit stiptica sicut sumach ꝛ succ⁹ vue acerbe. In potu pterea sūat ex boliarmeni gūmi arabici balaustie sāguis dracōis thurꝭ oiꝫ ptib⁹ eqlib⁹ det ex eo. ℥. iij. cū ro

simplici de citoniis. ¶ Quibusdã ãt solet accidere sãguis exit⁹ cũ interpollatiõe: ex quo sentiũt nocumẽtũ imo remediũ: idcirco sic est dimittẽdũ. ¶ Qđ si cum tussi supueniat sanguis egressio ẽ timorosũ. Est tñ incipiendũ in curatione egri cũ flõmia ex basilica. Deinde ex trociscis istis in potu tribuendũ que. ℞. thuris sanguinis draconis: ambor. añ. ʒ. iij. ⁊ tertiam. charabe. ʒ. v. emathitis terre sigillate: ambor añ. ʒ. x. aluminis. ʒ. ij. ⁊. ʒ. balaustie. ʒ. iij. opij. ʒ. ij. rauetseni. ʒ. ij. et his oib⁹ fiãt trocisci. x. de qb⁹ q̃ti die vn⁹ i potu sumat cuz succo ozimi maioris aut portulace. et si egritudo vehemẽs fuerit: ali⁹ circa noctẽ dand⁹ est. ¶ Adiutoriũ q̃z ad coxarũ partes superiores sũt ligãde ⁊ extremitates fricãde. ¶ Pect⁹ etiã p̃cipue si i eo fuerit loc⁹ dolẽs ex trociscis p̃dictis cũ aceto ⁊ aq̃ epithimet. ¶ Et ei⁹ p̃terea cibaria succum vue acerbe ⁊ sumach ⁊ eis silia admixta habeant: ⁊ patiens supin⁹ iacẽs de terra sigillata aliq̃d post aliq̃d paulati comedat.

¶ De ptisi. Ca. 60.

CUm aliq̃s carnium diminutionẽ pati videt: post tussiz cronica passione ⁊ sputo sanguinis aut saniei ꝓcedente lac asininum i potu tribuatur. ¶ Qđ si iueniri nõ poterit: caprinũ cum pauco zuccaro dandũ est. Cuz q̃ ẽt panẽ seve comedat ipmq̃ quãtoplus põt loco aque in potu sumat. Uinũ tñ subtile ⁊ tẽperatũ aliq̃n est tribuẽdũ. ¶ Nutrimentũ aũt egri sit ex carnib⁹ auiũ ⁊ hedina. ¶ Eger p̃terea añ comestionẽ ⁊ post balneũ igrediat qđ nõ sit calidũ sz tepidũ ⁊ i semicu pio morã faciat. ¶ Sũmope ho cauẽdũ ẽ ne vẽter soluat. Cui tñ si solut⁹ fuerit: ex hui⁹ pulueris bibitõe succurrẽdũ ẽ: q̃. ℞. gũmi arabici spodũ boli armeni semis mirtini: olz. añ. ʒ. j. fiat ex eis pl'uis de q̃ i die. ʒ. iij. cũ sirupo đ papauere albo ãt rob mirtio dent hui⁹ q̃z pulueris bibitio oib⁹ vẽtris ꝯstrictiõe idigẽtib⁹ q̃ tussiz patiunt remediũ affert. Cui plerũq̃ addunt xilocaracte đ syria ⁊ bdelliũ de meca. ¶ Quod si lac egro febrẽ gñauerit auferẽdũ est ei lac ⁊ ptysana q̃usq̃ febris recedit dãda. Deīde lac ei denuo tribuendũ. Et si febris iterũ remoto lacte ptisana ẽ dãda. Post cuius recessionẽ vt pri⁹ ad lacẽ redeũdũ. Hoc aũt semp̃ est faciendũ cũ necessitas viget: ⁊ summopere custodiendus ne soluatur.

¶ De tremore cordis. Ca. 61.

SI cũ cordis tremore fuerit pulsus velocitas et febris: eger ex basilica ẽ minuẽd⁹: ⁊ trocisci cãphorati cũ succo malorũ acetosorũ in potu sunt tribuẽdi q̃. ℞. spodij semis cucumeris citrulli endiuie lactuce portulace rosar sandali albi oim ptes eq̃les: ⁊ p vnoq̃z põdere aurei vni⁹ ex eis sumat cãphore trium granor ordei põd⁹: ex qb⁹ cũ succo macianor ꝯfecti fiãt trocisci. de qb⁹ i potu q̃tidie vni⁹ aurei pondus q̃q̃ die tribuat qđ p duas hebdomadas fieri ꝯuenit. ¶ Si aũt hec nõ suffecerit: lac de q̃ butyrum sit extractũ ad bibenduz det. Ipse vero nutriat ex pullis cũ aceto ⁊ succo vue acerbe ⁊ ex acetoso. Syrupum preterea acetosum de zuccaro factum bibat. ¶ Si autem cũ cordis tremore nõ fuerit febris: trocisci muscati

in potu sumãtur.q̃.℞. masticis spice xiloaloes ciamomi:gario filorũ gallie muscate nucismuscate cubebe cardamomi malo=ris et ibelohe corticis citri oĩz aã.põdꝰ vniꝰ aurei:musci sexta. ʒ.i.ex his oibꝰ cũ vino redolẽte cõspersis fiãt trocisci.hi aũt trocisci ꝯferũt sincopi ꝛtremori cordis electuariũ dyamascũ qđ ad sincopiʒ ꝛ tristitiã ꝛcordis trẽorẽ ꝛtediũ faciens.℞.masticis cinamomi:semis ozimi maioris semis ozimi gariofilati seminis mellisse semis sisimbrij semis sansuci macropiperis oĩm ptes eq̃les ex q̃bꝰ oibꝰ puluerisatꝫ. ʒ.x.sumãt margaritaꝝ minutarũ coralli rubei charabe setecru de been albi ꝛ rubei:folij:oĩm aã.ʒ.x.musci turbapirici corcorũ puri.ʒ.ſ.ꝯficiãtur cũ melle đ muraba chebuloꝝ.hoc em̃ electuariũ ad frigiditatẽ stõachi ꝛ digestiue egritudinem optimũ existit.

¶De passiõe colerica. Cap.62.

Cum paruꝰ dolor pũctio ꝛ tristitia alicui supuenerit: affueritq̃ cum ea vel post ipam vomitꝰ ꝛ ventris solutio:aq̃ calida mltoties cõtinue i potu tribuat.Et si adhuc pseuerauerit vomitꝰ ꝛvẽtris fluxꝰ:aq̃ calida iteꝝ det:sedabit ei passio.¶Cũ aũt egritudo q̃euerit eger bal=neũ igrediat:i q̃ p vniꝰ hore spaciũ moret.egressꝰ ãt đ balneo leui alatur nutrimẽto:deide dor=miat.¶Sꝫ lꝫ vomitꝰ ꝛvẽtris fluxꝰ vehemẽtes fuerit ꝛ sinthõata terrefaciẽtia supuenerint:nõ tñ est timẽdũ:imo cũ medicaminibꝰ q̃ ego nominabo succurrẽdũ.¶In pncipio itaq̃ trocisci đ olibão cũ aq̃ ꝛniue ꝛrob grana toꝝ det semel q̃ itẽ etiã sunt dãdi si vomitꝰ nõ cessauerit. Duo q̃ adiutoria ꝛ corei supmis ptibꝰ ligent ꝛ aq̃ i niue ifrigidata sup crura ꝛ pedes sũdat ꝛ in ipsam ẽt mittant.¶Uẽter q̃ꝫ ex sãdalis ros.cãphora gallia aq̃ rosata ꝯspersis epithimet ꝛ panꝰ i aq̃ rosata i niue ifrigidata ifusꝰ desup ponat:q̃ postq̃ tepe factꝰ fuerit ẽ remouẽdꝰ:ꝛ altꝰ vt priꝰ desup mittẽdꝰ.¶Ad potãdũ ãt paulati tribuat vinũ vetꝰ tpatũ cũ rob granatoꝝ:ꝛq̃ñ vomuerit iteꝝ tribuat.¶Panẽ q̃ꝫ i succo granatoꝝ ifusũ cogẽdꝰ ẽ sumere cũ vino ꝛcõedere.Quẽ si vomuerit iterũ dãdꝰ est dõec q̃escat.Qñ si sincopis supuenerit muscꝰ cũ vino dare cõueniẽs est vim iferẽdo.et succus carnis hedine ꝛpille cũ pauco citonioꝝ succo i vino mixtꝰ i potu ẽ tribuẽdꝰ.Pulli pterea sũt assãdi:ꝛ aã nares ipsiꝰ discerpẽdi.Thꝰ ẽt dãdũ ẽ vt ipꝫ masticet ꝛpaulati traijciat.Et postremo bolũ corascenũ cũ cãphora ꝯditũ tribuatur.¶Quicq̃d aũt de huiꝰ passiõis cura nũc vsq̃ dixĩmꝰ dõec vomitꝰ sedet:ꝛ stoachꝰ cibũ recipiat fieri cõuenit.Postquã vero stõachus ipsiꝰ recipere cibũ poterit:nutriẽdus est eger:ꝛ parum vini veteris bñ redolentis i potu sumat ꝛ dormire icipiat Trocisci de olibano ad vomitũ dicti.℞.boli coraiceni thuris am boruꝫ.aã.ʒ.x.cucube cardamomi ãboꝝ.ana.ʒ.ij.et.ſ.cãphore gallie gariofilo.oĩꝫ.aã.sextã.ʒ.j.fiãt trocisci põdere aurei vniꝰ hi enim vomitui multũ ꝯferũt. ¶Rob de granatis:succus granatoꝝ acetosoꝝ sumat p noctẽ vnã aut ãpliꝰ dimittat.dõec qđ

grossū ei fundo resideat. Deide coquat᷑ ꝛ dispumetur dōec mleb silitudinē habeat: ꝗ ab igne deposito adhuc tamen calido mēte viridis stipites mittātur ꝛ in ipo manere dimittāt᷑ ꝗusq₃ ifridet᷑. cūq₃ ifridatū fuerit: extrahātur ad cuiꝰ silitudinē sirupꝰ de cytoniis ꝛ sirupꝰ de malis maciānis fieri ꝯuenit. ¶ Si aūt vomitꝰ hora aliq̄ nimis iualuerit ꝛ supflue rit: magna vētosa stōacho supponat᷑. ¶ De his q̄ ꝯfortāt stōachū ꝛ ciboꝝ pficiūt digōnem. Ca. 63.

Cum stōachi dbilitas cū pauca siti: ꝛ tarde cibi a stomacho descēsione ꝛ acido ructu fuerit: fuerit q̄ oia accidētia hec p̄sētia: neq₃ fuerint vetusta: stōachus cū trociscis de rosis erit curādꝰ De q̄bꝰ eger q̄tidie in mane pōdus aurei vnius. ꝛ. s. cū vnc. j. de coctionis de seminibus sumat. ¶ Decoctio aūt de seminibꝰ hec ē. sumat᷑ ciminū nabati ꝛ ameos ꝛ bulliāt in miua donec aq̄ fiat rubea de qua p̄terea cū trociscis de rosis vt p̄dictū est in potu tribuat᷑. ¶ Trocisci ꝟo de rosis sūt q̄. ℞. pulueris rosaꝝ rubearū. ℥. iij. xiloaloes spice masticis xilo cassie squināti cinamomi absinthij oi₃ aā. ℥. j. ꝯspgant᷑ ex vino veteri ꝛ iformēt᷑ trocisci. Nutriatur ꝟo ex his q̄ cito digerunt᷑ et paucoꝝ sint hūoꝝ ac paucaꝝ supfluitatū q̄ ēt ex redolētibꝰ ꝛ seminibꝰ sint ꝯdita sicut sūt calagie ꝛ mutagenat. Ipe q₃ aā coēstionē mētovtat᷑ exercitio ꝛ aquā minꝰ solito bibat ꝛ pꝰ coēstionē mētū dormiat. ¶ De vino q₃ veteri et puro paꝝ bibat: totāq₃ nutricationē minuat. ¶ Qd si hec accidētia vetusta fuerit electuariu₃ diacimini: electuariū diaoliba-

ni: āb oꝝ. aā. vniꝰ aurei pōdꝰ cu₃ vnc. vna veteri vini puri in potu sumatur. Regimē aūt eius sit vt p̄diximꝰ. ¶ Electuariū diaciminū. ℞. cimini carme. ℥. c. zinziberis. ℥. xx. piperis. ℥. x. fol. ruthebaurach panis āb oꝝ aā. ℥. x. hec oia cū melle dispumato ꝯficiāt᷑ ꝛ det᷑ de hoc electuario si vēter strictꝰ fuerit. Qd si solutꝰ fuerit vēter electuariū diaolibanū est dādū Cuiꝰ descriptio in caplo de ventris solutione cōtinetur. Si aūt nō suffecerit squama ferri cū vino tribuat᷑. ¶ Scoria autē ferri hec est. ℞. semis apij semis feniculi anisi cimini ameos aniudē origani chesim carui seminis coriandri melanopiperis macropiperis cinamomi thuris spicegariofiloꝝ nucis muscate ciperi zinziberis oim aā. pōdꝰ aurei vniꝰ scorie aureos. x. olbꝰ sex cuplū vini addat᷑: et coquat᷑ dōec ad medietatē redeat et colet᷑: deinde eger de hoc sirupo postq̄ colabit᷑ pōdus. ℥. xxx. quotidie bibat et nutricationē₃ alleuiet qd p tres hebd. faciens caueat sibi ab acetosis ꝛ a fructibus recentibus ꝛ ab aqua frigida: vinu₃ vero mēsurate bibat. ¶ Emplastrum stomachum confortās ꝛ calefaciēs. ℞. storacem spicam sq̄nātū absynthium calamū aromaticū masticē. Ex his cū vino veteri ꝛ succo citonioꝝ ꝯspersis emplm̄ sup stomachū ponatur. ¶ Ad hoc p̄terea ꝯfert vt stomachꝰ fricando inungat᷑ ex olo qd fit de spica nardi ꝛ cipero: ꝛ vt lana carminata i p̄dicto oleo calefacto inuoluta sup stomachū ponat᷑ ꝛ cū pāno liget᷑ eger: q₃ vinū vetꝰ bibat aut miuā aut idrōel. ¶ Miua āt hoc mō fiat succꝰ cito

nioꝝ muzoꝝ ſumat:et per diē
⁊ noctē vt reſidere poſſit dimit
tat ⁊ colet.deīn eiꝰ qđ clarū eſt
ꝑtes due ſumant:zucchari ꝑs
vna:vini veteris vna et icipiat
coqui ſuauit ⁊ diſpumari dõec
in iulep ſilitudinē trāſeat:poſt
ea ꝑ vnaqꝫ libra ex toto ſumā
tur ziziberꝭ ſpice cinamomi ga
riofilo.oim an̄.ʒ.i.maſticꝭ.ʒ.ij.
oia hec pulueriʒata in pāno li=
gent ⁊ intꝰ dum calidū eſt mit
tant:⁊ cū ifrigidari ceperit pā
nus extrahat ⁊ exꝓmant:deīn
ſirupꝰ recōdatur.¶Quod ſi di
geſtiue debilitas fuerit cū mul
ta ſiti ⁊ paucoꝝ ciboꝝ appeti=
tu ⁊ fetido ructu:ſirupꝰ aceto=
ſus đ citonijs bibat.¶ Sirupꝰ
acetoſꝰ de citonijs.℞.ſucci ci=
tonioꝝ acetoſoꝝ partē vnam
zuccari albi ꝑtē vnā aceti clari
q̄rtā partē viniꝰ coquant oia ſi
mul donec inſpiſſent.Eſt autē
ſirupꝰ iſte ſtomachi ꝯfortatiuꝰ
⁊ ad ſuas peragēdas actiones
iuuatiuꝰ et vehemētiā iflāma=
tiõis ⁊ icēſiõis q̄ i eo eſt ſedat.
¶Egri ꝟo nutricatio ſit res in
q̄ ſil ꝯgregant acetoſitas ⁊ ſti=
pticitas vt ē caro cū ſucco vue
acerbe cocta ⁊ cū malis macia
nis ſiliter cocta:⁊ cū ribes ⁊ fri
da ex albulē:⁊ amoſoſi:et illis
ſilia ex cibis.đ iſto ꝓterea det
puluere pluries vt trāſglutiat
q̄.℞.roſaꝝ rubeaꝝ.ʒ.x.ſpodij.
ʒ.iij.ſemis coriandri.ʒ.ſ.doſis
eiꝰ.ʒ.ij.cū ſucco granati muzi
⁊ cū ſirupo acetoſo đ citonijs.
ſi aūt cū hoc qđ diximꝰ fuerit i
corpe extenuatio ⁊ iflāmatio:
egro lac ⁊ aq̄ ordei dāda ſunt.
¶Ipſe quoqꝫ ex herbis hume=
ctātibꝰ eſt nutriēdꝰ vt ſūt lactu
ce malue cucurbite citruli car=
nes hedoꝝ ⁊ agnoꝝ lactātium
et piſces recentes.Balneū pre=
terea añqꝫ comedat ⁊ poſtqꝫ co
mederit ⁊ tinā q̄tidie igrediat
et vinū clarū valde tēperatum
bibat:⁊ aſſidue vtat q̄ete:⁊ mo
tum exercitiū vitet:ſi tqꝫ totū
eiꝰ regimē vt eiꝰ q̄ corpoꝝ groſ
ſitiē adipiſci deſiderat.⁊ ſi cū
hac diſpoſitiõe inflāmatio fue
rit ⁊ icēſio vehemētiſſima ſtõa
chꝰ ex rebꝰ frigidis erit linie=
dus ⁊ aq̄ ordei dāda.Sitqꝫ eiꝰ
regimē vt ethicā habētis.

¶De dolore ⁊ apoſtemate ſto
machi. Cap.64.

SI cū dolore ſtomachi ad
ſunt tribulatio ⁊ nauſea:
egro aqua tepida i potu ē tri
buēda:⁊ vt vomat ꝑcipiēdū.et
ſi h̄ nõ ſuffecerit vēter ex hiera
pigra ſoluat:q̄.℞.pluerꝭ roſa=
rū rubeaꝝ ſpice maſticis xilo=
balſami carpobalſami cinamo
mi zilocaſſie aſſari oim.añ.ʒ.ſ.
aloes ſcotrēſis duplū oiꝫ qđ bñ
tritū cū alijs miſceat medicinꝭ
tritꝭ:⁊ cū pāno ſericio ſubtiliſſi
mo cribellatꝭ:q̄rum trituratio
cū aloe ſcđo iteret.Cuiꝰ doſis
ſit a pondere duoꝝ aureo.vſqꝫ
ad.ʒ.ij.egro q̄ꝫ q̄tidie det pa=
nis i vino ⁊ ſucco mali ḡnati i=
fuſꝰ:⁊ i ſirupo acetoſo đ cito=
nijs.qđ ſi cū dolor fuerit ructuū
mltitudo ⁊ extēſio atqꝫ ſinglꝰtꝰ.
egro electuariū diaciminū ⁊ đ
calamēto ⁊ alie ꝯfectões q̄ vēto
ſitatē diſſoluer ꝯſueuert q̄ i ca.đ
colica noiabimꝰ dāde erūt.Ci=
baria ꝟo eiꝰ ſint calagie ⁊ mu
tagenat cū ſemibꝰ:vini veterꝭ
puri paꝝ bibat ⁊ vt a motu
et igrediat balneū.ſtõachꝰ q̄ꝫ
ex oleo de neridē vt diximꝰ i pā
no inuoluto vaporetur.

¶Si aũt cũ dolore stõachi fue
rit febris ⁊ apa manifestum et
cũ tãgit̃ sentit̃ calidꝰ:eger priꝰ
ex basilica flõmet̃ ⁊ loco dolẽti
duo supponãt̃ sãdali ⁊ rose et
cãphora cũ aq̃ rosata et succo
citonioꝝ.¶Nutrimẽtũ vo eiꝰ
nõ sit nisi sola ordei aq̃:⁊ custo
diat̃ a carne ⁊ vino ⁊ ꝯfectioni
bus q̃ d̃ melle fiũt:⁊ bibat suc=
cũ ĝnatoꝝ muzoꝝ ⁊ rob d̃ fru=
ctibꝰ fridꝫ.Cũqꝫ caloꝛꝫ vehemẽ
tia sedata fuerit:egro cassiafi=
stula i succo endiuie dissoluta
⁊ bullita ac dispumata ad bibẽ
dũ det̃.Cũ ãt egritudinis dies
elõgati fuerit:⁊ calor oino q̃e=
uerit si remãserit apa cũ duri=
tie:ex hoc ẽpl̃o epithimet̃ locꝰ
qd̃.℞.violaꝝ siccarũ.ʒ.x.rosaꝝ
rubeaꝝ.ʒ.ſ.spice odorifere ma
sticis ãboꝝ añ.ʒ.iij.ciperi squi
nãti calami aromatici oiꝫ.añ.
ʒ.ij.farie fenugreci.ʒ.xx. floruꝫ
camomille: seminis maluaui=
sci albi farie ordei oim.añ.ʒ.x.
ꝯspgant̃ oia ex mucillagine se=
minis lini.Deiñ locꝰ ex oleo d̃
neriden tepefacto inũctꝰ ẽpla=
stret̃ ex p̃dictis per·q̃tuor ho=
ras añqꝫ comedat.⁊ postqꝫ ci=
bus fuerit digestꝰ:⁊ stomachꝰ
fuerit eũatꝰ:ex oleo de neridẽ
cũ lana:vt diximꝰ:vaporetur.
Cõfectio olei nardini simplicꝫ.
℞.olei de been.li.i. spice.℥.ſ.
masticis costi ciperi sq̃nãti ca=
lami arõatici oim añ.octauaꝫ
vncie vniꝰ.oia h̃ puluerizata i
p̃dicto oleo posita ad solẽ p he
bdomadã vnã vasis ore clauso
dimittant̃:deiñ colent̃ ⁊ expri=
mant̃ feces:⁊ scophe que i ma=
nibꝰ remãserint empl̃is admi=
sceant̃:optime eñ erũt.¶Cuꝫ
aũt apa in st̃õ iueterauerit:tro
cisci d̃ spica erũt dãdi:q̃.℞.flo=
rũ squinãti xilocassie rauet se=
ni calami arõatici spice oiꝫ añ.
ʒ.iij.croci myrrhe anisi costi pi
peris oiꝫ añ.ʒ.i.bdelij varij.ʒ.
iij.masticꝫ.ʒ.ij. armoniaci.ʒ.i.
iformẽtur trocisci:q̃ꝝ vnusq̃sqꝫ
vnũ põderet aureũ:ex q̃bꝰ vnꝰ
q̃tidie cũ vino cocto det̃.ẽpl̃m
q̃ꝫ istd̃ fiat:qd̃.℞.bdelij molis
ʒ.x.armoniaci.ʒ.v.semis been
semis apij amboꝝ añ.ʒ.x.spice
masticis nigri ãboꝝ.añ.ʒ.v.ce
re.ʒ.iij.olei d̃ neridẽ.ʒ.xv. gũ=
me i vino dissoluant̃:deiñ oia
ꝯiũgant̃:⁊ fiat ex eis ẽplastrũ.
¶Ad dolorẽ tñ stomachi ⁊ epa
tis curãdũ medicꝰ vald̃ erudi=
tus ẽ necessariꝰ:q̃ ipsoꝝ diligẽ
ter attẽdat dispõnes. Nos tñ
aggregatões ⁊ sũmas ad h̃ cõ
ferẽtes iã diximꝰ lꝫ iq̃ꝫtũ potui
mus i h̃ abbreuiauimꝰ s̃monẽ.

¶De singultu. Ca.65.

CUm singultus post grossĩ
cibi comestionẽ:aut vini
valde tẽperati bibitionẽ super
uenerit:aq̃ cal̃a i q̃ ciminum ⁊
menta ⁊ mẽtastrũ ⁊ paꝝ thurꝫ
bullierint:m̃ltoties i potu erit
sumẽda:⁊ egro vt dormiat est
p̃cipiẽdũ:⁊ vẽter vaporãdꝰ:et
ieiunãdũ ẽ ei.Cũ aũt p m̃ltos
dies a cõestiõe abstinuerit iu=
bẽdꝰ ẽ balneũ sepe igredi.deiñ
paucꝫ cibꝫ d̃siccãtibꝰ tñ ẽ alẽdꝰ
sicut sũt calagie ⁊ mutagẽat cũ
semibꝰ ⁊ vini puri paꝝ i potu
tribuẽdũ.⁊ si hec ñ suffecerint
trocisci isti dãdi sũt q̃ dicũt̃ tro
cisci d̃ thure ⁊.℞.thurꝫ.ʒ.ſ.enu
le.ʒ.iij.mẽtastri folioꝝ rute sic
ce ãboꝝ añ.ʒ.ij.semis nemẽ.ʒ.
iij.⁊.ſ.iforment̃ ex his trocisci
põdere vniꝰ aurei:ex q̃bꝰ vnus
in die cũ apozimate cimini tri
buatur

buat. ¶ Quod si singult⁹ post febrē acciderit: fueritq̧ cū eo tribulatio: aut nausea: aut sitis: aut i ore siccitas: aq̄ cāfa egro multoties danda erit: nō tn̄ repente sed paulatim. ¶ Et si sedat⁹ nō fuerit: aqua ordei cum oleo de amigdalis dulcib⁹ detur. Spōdilis quoq̧ colli ⁊ dorsi ex oleo tepido inungant et fricent: ⁊ mucillago psiliū cū iulep ⁊ succo ḡnati i potu tribuatur. Singultui p̄terea et sternutationi ꝯfert retinere ānhelitū.

¶ De canino appetitu. C.66.

Cuz aliq̄s famē assidue patit: ⁊ cib⁹ post comestionē adeo grauat eū: vt aut vomere aut p iferiorē regionē ip̄z eijcere cogat rizi dādū ē ei: q̄ dū coq̄tur ex liq̄re q̄ fluit ab agno q̄ i furno assat ipigat ⁊ cauda ⁊ ei sifia: necnō ex ol cibo q̄ vnctuos⁹ ē. ⁊ vinū vet⁹ purū dādū est: d̄ quo quātū poterit bibat. Deiñ ꝑcipiēdū ei est vt euomat ⁊ hoc regimie ꝯseruād⁹ ē dōec sanet. ¶ Quod si neq̧ cib⁹ eū grauat: neq̧ ip̄m euomit: neq̧ p secessuz expellit: carnes vaccine sunt dāde ⁊ frumētū coctum vt puls ⁊ rizi cū lacte ⁊ aquā frigidā i potu sumat: ⁊ i aere frido moret. ¶ hac āt egritudine laborās nil acetosū ⁊ stipticū neq̧ acutū comedat: sed dulcib⁹ et vnctuosis solum vtatur.

¶ De dolore epatis. Cap.67.

Cum q̄s male colorat⁹ et cum h̄ malā habuerit formā. habueritq̧ dolorē i dextro latere apd̄ costas posteriores: ⁊ fuerit ei⁹ mal⁹ color citrin⁹: ⁊ fuerit cū h̄ i ore siccitas: ⁊ sitis vehemēs aq̄ ordei ⁊ succi herbaꝝ vt ēdiuie ⁊ solatri ⁊ cuscute cū sirupo acetoso ex zuccaro albo fcō i potu tribuat. ēpl'z q̄z ex duob⁹ sandalis ⁊ rosis ⁊ camphora ⁊ aq̄ rosata cū pāno lineo loco supponat. Quod h̄ mō fiat: pān⁹ in p̄dictis inuolutus supponat: cūq̧ tepere cepit: remoueat: ⁊ ali⁹ loco ei⁹ appōat. ¶ In potu p̄terea sumat ḡnatorū siccū ⁊ robub q̄ īfrigidare ꝯsueuerūt. ¶ hic q̄z a vino et a cōfectionib⁹ q̄ de melle fiūt sibi caueat ⁊ a cibis calefaciētib⁹: ⁊ sumat trociscos de berberis: q̄ ℞. succi berberis. ʒ. ʒ. semis endiuie citruli seminis portulace semis oiuz. añ. ʒ. iij. rosaꝝ. ʒ. ij. rauet seni. ʒ. ʒ. spice. ʒ. fi. iformēt trocisci pōdere aurei vni⁹ ex q̄b⁹ det vn⁹ cū sirupo acetoso d̄ zuccaro aut cū succo ḡnati. Ueter q̄z si necesse fuerit cuz succo fructuū soluat vt sūt pruna ⁊ tamaridi: ⁊ zuccaro albo. ¶ Quod si mal⁹ color qui est cum dolore capitis fuerit alb⁹ medius videlicet inter eū qui est cum fluxibilitate et eum q̄ est cū tumore: fuerintq̧ cū eo vētris solutio et palpebrarū atq̧ extremitatū tumor: trocisci de rauetseni cum sirupo acetoso de melle i potu dādi sūt q̄. ℞. mastic succi eupatorij succi absinthij semis feniculi: anisi oium añ. ʒ. ij. rauet. ʒ. x. informēt trocisci pōdere aurei vni⁹: ex q̄b⁹ vn⁹ in potu ol die tribuatur. Sumāt p̄terea spica mastix ciperū squināt͂ū calam⁹ aromatic⁹ croc⁹ myrrha deiñ myrrha ⁊ mastix i vio dissoluta cū alijs misceant: ⁊ ex eis emplm̄ epati supponatur. ¶ Eger p̄o a cibis grossis et frigidis abstineat. Si aūt hec non suffecerit: troci

sci de lacca cū apozimate de radicib⁹ sunt dādi. Trocisci āt d̄ lacca sunt q̄. ℞. lacce rauetseni āboꝝ. ana. ʒ. iij. spice semis apij ameos masticis sq̄nāti seis iuniperi amigdalaꝝ amararꝝ costi amari rubee succi eupatorij assari aristologie rotūde gētiane oiz. añ. ʒ. j. ⁊ .s. Informent ex his trocisci pōdere vni⁹ aurei. ❡ Apozima de radicib⁹. ℞. corticis radicū apij feniculi āboꝝ añ. ʒ. x. seis apij seis feniculi floris sq̄nāti ameos oiz. añ. ʒ. s. rosaꝝ rubeaꝝ spice odorifere amboꝝ. añ. ʒ. iij. coquāt in li. i. aq̄ donec ad tertiā redeat: ⁊ det in potu cū p̄dictis trociscis. ❡ Si aūt apata in epate fiāt: eorū cura erit vt apatum que in stomacho generantur.

❡ De icteritia. Cap. 68.

Si cū icteritia fuerit febris: succus endiuie ⁊ solatri ⁊ aq̄ ordei egro in potu tribuat. Ipse q̄z ex cucurbita et criso locāna ⁊ citrulis ⁊ his silib⁹ herbis friditati attinētib⁹ nutriēdus est ⁊ sirupū acetosuz ex fortissimo aceto in potu sumat. ❡ Epati p̄terea empl'm ex duobus sandalis ē superponēdū et vēter ex succo prunoꝝ ⁊ zuccaro soluēd⁹. Que si nō suffecerit trocisci de camphora cuz succo granatorum dandi sunt. ❡ Trocisci d̄ cāphora. ℞. zuccari spodij rosaꝝ rubeaꝝ oim añ ʒ. iij. semis endiuie semis citrulorū cucurbite lactuce portulace seminū ex oib⁹ sādalis rube olm añ. ʒ. j. Informēt ex his trocisci pōdere. ʒ. ij. ex q̄bus q̄tidie vn⁹ cū sexta. ʒ. vni⁹ de cāphora det. ❡ Si āt eger venas habuerit plenas: fueritq̄ diu ex q̄ minut⁹ nō fuit flomet. ❡ Qd̄ si icteritia fuerit sine febre: vēter ex his pill'is soluat: q̄. ℞. aloes. ʒ. j. scamōee q̄rta. ʒ. j. agar. p̄tes duas ʒ. vni⁹: succi eupatorij tertia. ʒ. j. ex his cū succo endiuie ꝯfectꝫ fiāt pill'e sufficient ad dosiz vnā Deide dent trocisci de lacca cū apozimate de radicib⁹. ❡ Si āt icteritia i ocl'is remāserit: eger fortissimū acetū paulatim; olfaciat: ⁊ balneū igrediat. Ei⁹ q̄z ocl'is q̄ icteritiā cū febre patit aq̄ rosata imittēda ē. Ictericie p̄terea vald̄ ꝯfert vt eger p tres hebdomadas serum bibat.

❡ De ydropisi. Cap. 69.

Cum vēter post epatꝫ dolorē ⁊ febres augmētari ceperit: ⁊ qd̄ ē ab vmbilico vsq̄ ad femur exteri⁹ p̄minuerit: ⁊ cutis q̄ ibi ē subtiliari ⁊ albef visa fuerit: ⁊ cū vēter mouet: audit ⁊ sonit⁹ q̄si aq̄ i vase n̄ pleno mōte. ⁊ si cū his vrīa fuerit rubea: pua habēda ē fiducia: ⁊ p̄pe si v̄tutꝫ n̄ affuerit fortitudo. His tñ si v̄t⁹ fuerit fortꝫ: et vēter vehemēt sicc⁹ pill'e de rauet q̄ r̄cipiūt meizerō sꝫ dāde. ❡ Pill'e aūt de rauet sūt q̄. ℞. rauet seni succi eupatorij: seminis ēdiuie: oiz añ. ʒ. iij. agarici. ʒ. v. mezeriō. ʒ. x. fiāt ex hꝫ pill'e q̄rū dosis sit. ʒ. ij. ß. ex q̄b⁹ q̄q̄ hebdomada dosis vna sumat. ❡ Qd̄ si v̄t⁹ debilis fuerit: trocisci de mezeriō sūt dādi: q̄. ℞. semis endiuie. ʒ. x. mezerion. ʒ. j. ⁊ duas tertias: agarici succi eupatorij: silr tm̄dem rosarū seminis citrulorū amboꝝ añ. ʒ. ij. ⁊ .ß. ex his oibus fiāt trocisci x. de quibus vnus in die cū sirupo acetoso de zuccaro dād⁹ est. ❡ Si aūt venter fuerit solutus:

dent trocisci de berberis cū sy=
rupo acetoso. Eger q̃z nutriat
ex cibregi: et bibat syrupū ace=
tosū de citonijs. et si vētris solu
tio vehemēs fuerit: citoniorum
rob solū dandū est. ¶ Si aūt cū
hac passione nō fuerit vrina ru
bea neq̃ calor pillule iste dāde
sunt q̃. R̷. mezeriō serapini ābo
rū. aā. ʒ. v. salis indi fimi colūbi
ni amborum. aā. sextā. ʒ. i. Pillule
enim iste aquā vehementer ex=
pellūt: et discedere faciūt. Tro
cisci preterea de lacca cū apozi
mate de radicibus dandi sunt.
¶ Emplastrū asciliti ꝯueniēs. R̷
farie ordei cyperi stercoris oui
niveteris baurach boliarmeni
oim partes equales. Ex his om
nibus tritis fiat epithima sup
vētrē. Hui⁹ nāq̃ proprietas est
aque magnam partē exiccare.
Qd̷ si in palpebris et extremita
tib⁹ fuerit apostema molle. et te
sticuli apostemātur: facieisq̃ ac
totum corpus mollicie quadaz
teneatur: erit tūc hydropis spe
cies q̃ hyposarcha nominat. Er
go itaq̃ hac laborāti: trocisci d̷
laccacū apozimate de radicib⁹
sūt tribuēdi: et vēter quaq̃ heb
domada ex pillul; d̷ reubarba=
ro ē soluēd⁹: et patiēs in harena
calida sepeliēd⁹. Et p̃terea ē p̄=
cipiēdū vt exercitio vtat et: famē
ac sitim sepe patiat. ¶ Si vehemē
ter inflat⁹ ac tēsus fuerit: et cū p
cutit sonitū reddit vt tympano
rū: hydropisis spēs adesse signi
ficabit: q̃ tympanites d̷r. Quā q̃
patit a comestiōe olerū abstine
re dz atq̃ eorum oiz q̃ vētositatis
sūt gn̄atiua. Uēter quoq̃ omni
die ex pāniculo ēvaporād⁹: et vē
tose sup vētrē ponēde: medica=
mina tumorē dissoluētia dāda
sunt: vt dyaciminū electuariū d̷
baccis lauri qd̷ in cap. de yliaca
nominabim⁹. Eger p̃terea exer
citio vti assuescat: et famē pati: et
ex collirijs q̃ vētositatē dissoluūt
quorum faciem⁹ mētionē sibi subij
ciat. Uenter q̃z cum mantili do
nec incipiat rubere fricetur: et ex
oleo rutaceo clysterizetur.

¶ De dolore splenis. Ca. 70.

SI cū dolore splenis fuerit
calor et vrine rubedo et fe
bris eger ex his trociscis sūat.
trocisci d̷ agno casto. R̷. semis
agni casti tamarisci semis ābo
rū. aā. ʒ. x. semis endiuie semis
portulace āborum: aā. ʒ. v. ex his
fiāt trocisci: d̷ qb⁹ q̃tidie detvn⁹
cum sirupo acetoso de zuccharo
cui⁹ pondus sit. ʒ. iij. Eger vero
si repletus fuerit ex saluatella q̃
est in sinistra manu flobothome
tur. Splē q̃q̃ ex frusto filtri ace
to calido infusi embrocet et ob
seruetur a rebus dulcibus et ci
bis grossis. ¶ Quod si cum pre=
dicta egritudie nō fuerit calor
egro trocisci de capparis dādi
sūt q̃. R̷. cortic; radicū capparis
semis agni casti amborum ana.
ʒ. x. scolopēdrie. ʒ. vij. aristolo=
gie lōge foliorum ruthe semis na=
sturtij acori nigelle oiz. aā. ʒ. iij.
aromaniaci. ʒ. iij. aromaniacū i
aceto dissoluat: ex q̃ cetera ꝯfi=
ciāt et iformēt ex eis trocisci pō=
derātes. ʒ. ij. ex qb⁹ vn⁹ cū sirupo
acetoso d̷ melle: et apozimate de
radicib⁹ i potu sumatur. Si aūt
splen tensus fuerit: et cū p̄mitur
audit sub eo rugit⁹: ex predictis
trociscis cū apozimate de radi
cibus est dandū: et vinū vet⁹ bibē
dū: et potus aque minoretur q̃ta
tum plus possibile fuerit.
¶ Emplm̄ ad duritiē et ventosita

le q̄ ē sub splene. ℞. folio℞ ru-
the. ʒ. x. baurach mētastri sicci
ābo℞ añ. ʒ. iij. armōiaci. ʒ. vij.
armōiacū veꝛ vino dissoluat: ex
q̄ cetera cōficiant: ⁊ fiat ex eis
emplm qđ loco superponatur.

¶De colica. Cap. 71.

SI cū dolore vētris fuerit ip
si⁹ ꝯstrictio ⁊ nausea: sꝫ ne
q̄ calor fuerit: ea egro dāda sꝫ
q̄ vētrē sine vomēdi ꝺsiderio sol
uāt: vt est electuariū de gallia
qđ. ℞. mastic̄ gariofil. zinzibe
rꝫ melanopipis macropipis ci
namomi nucis muscate gallie
oiꝫ añ. ʒ. x. scamōee. ʒ. x. postea
exprimāt cytonia acetosa ⁊ re
cētia: ⁊ succ⁹ eo℞ cū eiusdē quā
titatꝫ melle misceat et coquat
vsq̄ ad spissitudinē paulatī: et
cōficiat ex eo medicamē qđ tñ
eiusdē sit q̄titatꝫ cui⁹ spēs sūt:
cui⁹ dosis sit a duabus. ʒ. vsq̄
ad. iij. et. v. qđ si nausee vehemē
tia ñ fuerit: neq̄ eger m̄dicias
vomuerit: pille iliatice sūt dā-
de. q̄. ℞. colloq̄ntide: serapini:
ābo℞ añ. ʒ. x. scamonee. ʒ. iij. et
tiā. Informēt pille: ꝺ q̄b⁹ vni⁹
aurei pōd⁹ ē dādū. velocit̄ eñ
passionē dissoluūt iliacā. si aūt
passio iliaca difficilꝫ fuerit ne-
q̄ medicamia vētris solutiua
ei ꝯtulerit: h̄ suppone colliriū:
qđ. ℞. salis panꝫ. ʒ. x. colloq̄nti
de iterio℞ scamonee ābo℞. añ.
ʒ. iij. ⁊. v. fiāt ex eis colliria lōga
⁊ supponat. ⁊ si nō ꝯtulerit: ex
enemate leui clysterizet qđ. ℞.
fic⁹ citrinas q̄nq̄ furfurꝫ quātū
manu capi potest maluauisci
M. j. hec i pāno ligata ⁊ sicle fo
lia. x. i duab⁹ librꝫ aq̄ coquant
donec ad vnā redeāt deiñ cole
tur: ⁊ ponat sup eā baurach pō
d⁹ aurei vni⁹: olei sisamini. ℥. j.
⁊ fiat clyster ex eo. Si q̄s aūt for
ti⁹ ⁊ acuti⁹ facere voluerit: pōd⁹
aurei vni⁹ de collirio qđ pri⁹ di-
xim⁹ admisceat. ¶Clystere ve-
hemēter solueñs q̄ tūc vtendū est
cū medicamina nō ꝯferūt: neq̄
vēter soluit. ℞. colloq̄ntide inte
rio℞. ʒ. x. centauree. ʒ. v. buchor
mariez arthanite ambo℞. añ. ʒ.
duas mētastri ruthe origani oiꝫ
ana. Manipulum vnum omnia
in trib⁹ libris aq̄ donec ad duas
tertias libre vnius redeant co-
quantur ⁊ colentur: deinde dis-
soluant in ea alkitrā melis am
borū: ana. ʒ. iij. castorei serapini
oppoponacis collirij qđ predixi
musoim. añ. ʒ. ij. misceant oia: ⁊
dū tepidū ē: fiat ex eo enema: ⁊ si
squibale ñ exierint iteret clyste
re donec exire vident. Hoc nāq̄
clystere admistrari dꝫ cū res for
tissima ē ⁊ pessima: ⁊ i colica ma
larē illa in q̄ sit nausea valde ve
hemēs ⁊ inferius nihil egredit.
¶Huic p̄terea egritudi q̄nq̄ fe
tida supuenit eructuatio: ⁊ ple-
rūq̄ sterc⁹ per os egredit. q̄ cuꝫ
hoc accidit: sepe portēdit morte
¶Qđ si cū vētris dolore non fue
rit ipsi⁹ strictura: sꝫ inflatio ⁊ ru
gitus ac tēsio in vētre existūt cō
fectio de baccis lauri dāda ē. ℞
folio℞ rute sicco℞. ʒ. x. ameos ci
mini nigelle keisinorigani car-
ui alexādrini: semi amigdala℞
amara℞ melanopipis mētastri
dauci acori baccha℞ lauri casto
rei: oiꝫ. añ. ʒ. ij. serapi. ʒ. iiij. op-
poponacꝫ. ʒ. iij. ꝯficiant cū melle
eiusdē ponderis cui⁹ dosis sit: vt
auellana vna aut nabacca mul-
tis vicib⁹ cū vncia vna vini cale
facti: aut cū apozimate de radi
cib⁹. Huic eñ confectioni in re-
mouēda ventositate ⁊ dissoluen

da nihil equiparatur. Hoc preterea suppositoriū subijciatur: qđ ē vētositatis dissolutiuū. ℞. cimini: folioꝝ ruthe viridis amboꝝ aā. ℳ. buchormariez arthanite amboꝝ. aā. ʒ. ij. baurach. ʒ. j. conficiant ex melle: ⁊ supponat cū spongia vel lana. Hoc enī dissoluit vētositatē et inferi⁹ expellit. Uenter quoqꝫ assidue ex panno calido vaporādus est: ⁊ eger i tinam mittendus. ⁋ Si autē hec nō suffecerint: vētosa cum igne iponēda est: ⁊ loc⁹ donec rubere incipiat fricād⁹. Post hec vnctio fieri ꝯuenit ex oleo rutaceo: ⁊ ex aliis oleis calidis: ⁊ ex eis clisterizād⁹ ē eger post q̄ eis admixta fuerit: castorei euforbij āboꝝ. aā ʒ. ſ. Hāc vo solit⁹ pati egritudinē: dū san⁹ est caueat ne vinū aq̄ mixtū bibat: nec etiam sumat vinū nisi purū: ⁊ forte: neqꝫ aquam multā bibat: ⁊ abstineat ab herbis ⁊ lacte: ⁊ oibus iflatiuis. Filoniū faciēs illios cū maxio coartātur dolore: ⁊ timet ne sincopis egro supueniat vētositatē carminat. somnuꝫ puocat. ℞. piperis ameos folioꝝ ruthe mētastri castorei bacchaꝝ lauri cimini oim aā. ℥. j. opij mādragore iusq̄ami seminis oim. aā. ℥. ſ. ꝯficiant cūꝫ melle eiusdē q̄titatis: detur ex eo pōd⁹ vni⁹ aurei. Huic q̄ꝫ electuario addit plerunqꝫ scamonee. ℥. tertia ⁊ fit tūc medicamē vētris solutiuū. ⁋ Si āt cū dolore etiā febris affuerit: cassia fistula in succo ēdiuie bullito ⁊ dispumato dissoluta egro est dāda: et sirup⁹ violat⁹ i potu est tribuendus: ⁊ nutriēd⁹ ē ex tafea cū olo de amigdalis dulcib⁹ condita ⁊ ex leni clisterici clisterizandus. Cū aūt loc⁹ doloris i vētre apparuerit grossus: et apostema hñs eger in p̄ncipio flobothometur: deide cassia fistula cū succo herbaꝝ sepe dāda: ⁊ sit cib⁹ eius cu ius hic dolor ex ꝯsuetudine accidere solet: tafea vnctuosa cū zuccaro ⁊ oleo sisamino: ⁊ abstineat a reb⁹ stipticis ⁊ acetosis ⁊ cibis grossis ⁊ vētrē stringētibus. Qui aut cū hoc dolore vētositatē pati solicit⁹ ē cibet cū kalagie ⁊ mutagenat ꝯditꝫ cū seminib⁹ ⁊ abstineat ab olerib⁹ ⁊ lacte: ⁊ ab oib⁹ q̄ inflāt. ⁊ bibat vinū forte ⁊ nō vitiatū. Aut ydromel cū speciebus que pro cōdimēto ponuntur: vt piper quas dicemus. ⁋ Idromellis ꝯfectio. ℞. mellis mūdi lib. j. aque lib. vj. misceāt ⁊ coquātur diu ⁊ spumētur bene donec fiat ad similitudinē iulep Cunqꝫ hoc factum fuerit in vna q̄qꝫ lib. ex eo mittant. ʒ. ij. piperis pulverizati in pāno ligati dōec appropinquet finis decoctionis eius: ⁊ cū infridātur extrahatur pānis ⁊ exprimat: ⁊ cum necesse fuerit ppinetur. ⁋ Cōfert etiam cui hec passio ex ventositate et grossa sup̄fluitate accidere solet oleū ð kerua recēti cū apozimate de seminib⁹ sumptū. ⁋ Apozima aūt ð seminibus est hoc. ℞. ameos cimini chesim carui origani nigelle oim. aā. pugillum vnū. Istis admisceant aq̄ lib. iij ⁊ coquant dōec redeāt ad librā vnā ⁊ mediā. De hoc itaqꝫ apozimate sumāt. ℥. ij. q̄bus. ʒ. iij. olei de cherua addant: ⁊ multis diebus bibāt. Sꝫ si cui dolor iste cū calore supuenerit pruna. xx. ⁊ ficus citrine. v. ⁊ passularū enucleataꝝ. ʒ. v. sumāt ⁊ coquāt et colēt deīn cassiafistula i eo dissoluta colet: cui oleū amigdalinū admi

ſceaꝶ ꝛ ſũaꝶ: ꝛ ex apozimate qđ i capl'o de reumatiſmo diximꝰ in potu tribuaꝶ. Uẽter ꝟo ſi multũ fuerit ſiccꝰ pdicto apozimati ad danꝶ polipodij turbith: amboꝝ añ. ʒ. ij. ꝛ coquãtur cũ eo: ꝛ deꝶ donec venter ſoluatur.

¶ Cum aũt ſolutus fuerit: remoueaꝶ polipodiũ ꝛ turbith.

¶ Electuariũ qđ vẽtrẽ ſoluẽs inflationẽ reſoluit. ꝛ grauedinem ℞. turbith albi fricati ꝛ puluerizati. ʒ. xx. zinziberis. ʒ. x. zucchari. ʒ. xxx. huiusp uluerís. ʒ. iij. ad bibendum dentur.

¶ Pillule de qbꝰ cũ qs vẽtrẽ ſoluere voluerit vnam ſumere dꝫ: q̃ appetitũ excitãt ꝛ iſlationẽ repmũt: ꝛ grauedinẽ ꝛ cibũ digerũt ℞. maſticis zinziberis cinamomi gariofiloꝝ heremiſk. melão piperis macropiperis ſcamonee violaꝝ zucchari oĩ. añ. ʒ. ſ. fiãt ex eis pillule ad magnitudineꝫ ciceris: ꝛ ſumaꝶ vna mouet em̃ ſemel aut bis.

¶ De fluxu ventris. Ca. 72.

Cum cibꝰ in ſtomacho more ſolito nõ moraꝶ: imo citiꝰ egrediꝶ nõ mutatꝰ niſi parũ fuerit: cũ hoc mordicatio ꝛ dolor in vẽtre ꝛ ſitis: cũ quo etiã plerũqꝫ adeſt vẽtris fluxꝰ in q̃ añ comeſtionẽ ĩueniꝶ puruiẽtũ: deꝶ egro rob de ſucco vuẽ acerbe aut de ſucco ribes: aut đ ſucco ꝑnatorũ cũ ſpodij roſaꝝ ãboꝝ. añ. ʒ. ſ.

¶ Trociſci quoqꝫ de ſpodio conſtrictiui itidẽ tribuantur.

¶ Nutriaꝶ vero ex adeſia citrina: ꝛ pullis cũ aceto coctis: ꝛ aſſatis: ꝛ ĩ ſucco vue acerbe poſitꝭ.

¶ In potu aũt ſumat ſumachcũ aqua roſata: ꝛ deinde nutriaꝶ ex cibo cui admiſceꝶ ſumach: qui vocaꝶ ſumachia. Totũqꝫ eiꝰ regimẽ ad perducaꝶ vt infrigidare poſſit ꝛ ꝯſtrigere. Quod ſi nõ fuerit cũ eo mordicatio in vẽtre neqꝫ qđ egrediꝶ puſhꝫ admixtũ ſed eſt viſcoſum: ꝛ adeſt inflammatiõis paucitas ꝛ pauca ſitis et ructꝰ acidꝰ: egro ſicla ꝛ ſinapis ꝛ piſces ſaliti tribuanꝶ. Deꝶ de cogaꝶ ea vomere ſumẽdo ſalẽ ꝛ melꝛ anetũ coctũ. Que ſi nõ ſuffecerit: medicamẽ qđ expellit flegma tribuatur. Qđ. ℞. aloes ʒ. ſ. colloqntide interioris. ʒ. iiij ſalis indi. ʒ. iiij. turbith. ʒ. j. Ex his fiant pillule: ꝛ ſufficiunt ad doſim vnam.

¶ Uomitu pterea ſepe vtaꝶ: ꝛ cibaria q̃bus vtitur ĩ almuri perſo intingãꝶ: ꝛ comedat fulcita q̃ ſale cõdiunꝶ: ꝛ que acrimoniam habent: que appetitũ ꝓuocare conſueuerunt. ¶ Si aũt cũ hoc quod diximus nihil egrediꝶ qđ ſit ſuperfluum: neqꝫ quod expellitur aliq̃d purulentũ. vel flegmaticũ hꝫ admixtũ: egro vinuꝫ purũ ꝛ forte tribuẽdũ ẽ: ꝛ diaolibanũ dãdũ. qđ. ℞. olibãi. ʒ. x. piperis ameos ſpice kiſiꝫ aniſi nigelle: oĩm. añ. ʒ. ij. balauſtie. ʒ. x. mellis diſpumati qđ ſufficit ad ꝯficiẽdũ: deꝶ ex hoc ĩ potu: quia ſtomacũ calefacit ꝛ vehemẽꝶ deſiccat. Apoxima quoqꝫ de ſenibꝰ qđ capitulo colice paſſiõis noiauimus detur: ꝛ aſſueſcat in potu ſumere vinũ purũ. Si ꝟo cibꝰ nõ egrediꝶ ſed res ſubtilis ꝛ alba ꝛ aq̃ſa: cũ qua ſũt ea q̃ epatis ſignificãt debilitatem: egro tribuaꝶ id qđ fit de ſcoria ꝛ diaolibanũ: ꝛ trociſci calefaciẽtes epar quos nominauimus: ꝛ electuariũ diacalamẽtũ. qđ. ℞. folioꝝ ruthe folioꝝ calamẽti ſiccorũ: ameos carui leuiſtici ziziberis cinamo

mi macropiperis: oim ptes eq̄les: ꝯficiant cū melle cocto ꝛ den tur alia medicamina q̄ nolauimus in.c. epatis: ex his q̄ ipꝫ ca lefaciūt ꝛ cōfortāt. ❡ Si aūt cuꝫ ꝑdicta egritudie nō fuerit significatio debilitatis epatis: imo qđ egreditur cū fluxu subtile est ꝛ albū ꝛ fiat in stomacho grauitas: puluis de granatis ad trāsglutiendū dādus est. ℞. ossium granatoꝝ acetosoꝝ assatorū tritoꝝ vt alchool. ʒ. c. carui se. coriādri: amboꝝ aceto acerrimo īfusoꝝ: ꝛ postea assatoꝝ. añ. ʒ. xx. xilocaracte sumach balaustie oīꝫ añ. ʒ. x. puluerizent optie et ꝯmisceant: ꝛ det ex eis pulu is ad trāsglutiēdū. Electuariū q̄ꝫ qđ dr canzi det: qđ. ℞: arilloꝝ passarū tritoꝝ vt alcohol li. j. mirtilloꝝ siccoꝝ pulueri zatoꝝ vt alcohol lib. ß. xilocaracte nabat balaustie sem̄. tamarisci ameos oīꝫ añ. ʒ. x. ꝯficiant cū melle de cānamellis aut cū melle apum optime dispumato: et ex electuario sumat. Si aūt quod egredit citrinū fuerit: et anū mordicat: et eger sitim patiat ꝛ febrē trocisci ꝯstricti de spodio: et aq̄ sauic ordei dent. Trocisci ꝯstrictiui de spodio. ℞. rosaꝝ rubeaꝝ spodij amboꝝ. añ. ʒ. x. semis acetose sumach bulaustie gūmi arabici: oim. añ. ʒ. v. Informent trocisci pōdere. ʒ. ij. quoꝝ vn⁹ cū. ℥. đ rob citonioꝝ simplici sumat: aq̄ ꝟo sauic ordei q̄ꝫ dixim⁹ ita fit: ordeū fractū i aq̄ ipm cooperiēte bulliat donec aq̄ inspisset: deiñ colet ꝛ bibātur ex ea. ℥. iiij. cū tribus. ʒ. spodij ꝛ gūmi arabici eadē q̄ntitate. ❡ Qđ si ex fluxu ventris euenerit excoriatio puluis de bolo ad transglutiēdū det: q̄

℞. psilij. ʒ. xx. semis plātagis. ʒ. x. gūmi arabici boli armeni: amboꝝ. añ. ʒ. iij. psiliū asset ꝛ gūmi ꝛ bolū puluerizet ꝛ ꝯmisceat: ꝛ sumātur i potu ex eo i mane. ʒ. iij. cū rob de citonijs ꝛ circa noctē tm̄dē. ❡ Cib⁹ ꝟo eius sit pulmētū factū cū granis granatoꝝ ꝛ passis cū aq̄ ꝛ aceto: ꝛ cib⁹ factus cū succo vue acerbe ꝛ sumachia ꝛ tafea admiscet succus sumach et his similia cibaria.

❡ Trocisci de balaustijs q̄ cōtinue ꝯferūt dyarie dādi sunt cuꝫ flux⁹ fuerit supflu⁹ siue habeat sanguinē admixtū siue non. ℞. gallaꝝ siliquarū nabati semis tamarisci olibani balaustie: oīꝫ ptes eq̄les opij gummi arabici āboꝝ. añ. ptē mediā. Informentur trocisci pōdere. ʒ. ij. ex q̄bus vn⁹ cū vino sumat: si neqꜫ calor affuerit neqꜫ febris. Sꝫ si febris affuerit: cū rob de cytonijs acetosis sumat: q̄ tūc dādi sunt cū vētris fluxus superfluus fuerit.

❡ Trocisci ad tenasmō q̄ dandi sunt cū caloris absentia fuerit: ꝛ vētositas ñ erit nociua ꝛ sonitus. ℞. seminis iusq̄ami albi seminis aneti feniculi omniū. ʒ. ß. ameos. ʒ. ij. ꝛ. ß. opij. ʒ. iij. semis apij. ʒ. x. fiāt trocisci de q̄b⁹ pōd⁹ vni⁹ aurei in potu sumatur.

❡ Cōfectio đ storace q̄ aut q̄ vētris fluxui ꝯferēs ac tenasmoni cū neqꜫ febris neqꜫ calor affuerit sꝫ erit vētositas nociua dāda ē. ℞. castorei opij. assari storacis liq̄de myrrhe semis iusq̄ami nigri thuris oīm ptes eq̄les: mellis q̄ꝛ sufficit ad specierū confectionē: cuc⁹ dosis sit. ʒ. ij. vsqꜫ ad tres. ❡ Si aūt postq̄ꝫ tenasmon decē trāsierit dies ñ visa fuerit medicamīa ꝯferre: ꝛ eger supra

pectinē ſentit dolorē:redeūdū ē
ad clyſtere.¶Clyſtere cōſtricti-
uū.℞.panici excorticati lentiuz
excorticataꝝ roſarū ſiccarū ba-
lauſtie cupularū glādiū oiz añ.
M.j.oia in li.iiij.aq̄ coquāt do-
nec ad li.j.ꝛ ß.r̄deāt:ꝛcolēt deiñ
ſumant ceruſe cinerꝫ papyri ba
bylonice:aut cineris papyri am
boꝝ.añ.ʒ.j.boli.armeni.ʒ.ß.vi-
tellus ouivnius aſſati dur⁹:olī
roſei.℥.ß.Ex his omnibus in p̄-
dicto apozimate fricādo diſſolu
tis clyſterizetur eger ſemel aut
bis.¶Qđ ſi tenaſmō fuerit lōgi
tpis in quo nō egredit ſanguis
ſed raſura alba muſcillagini ſi
milis:medicamē putredinis qđ
in.c.de cura gingiuaꝝ putrida
rū noiauimus dādū eſt.Ex quo
in apozimate eoꝝ qđ noiauim⁹
fricatio diſſoluto clyſtere ſemel
aut bis fiat.Et ſi ex vētris fluxu
invētre vehemēs mordicatio ſe
cuta fuerit:clyſter̄ fiat ex olo ro
ſeo tepido.¶Si autē nullo mō
mordicat clyſtere fiat ex illome
dicamie:multoties addat' dōec
ſanet.¶Epithima de q̄ venter
cū flux⁹ ſupflui ꝛ vt⁹ ēſt debili-
tata liniēdus ē.℞.gallie acatie
cipi myrrhe gallaꝝ cypreſſi thu
ris oim ptes equales.Ex his oī
bus vino veteri aut ſucco cito-
nioꝝ ꝯſperſis liniat vēter.Huic
q̄z qñqꝫ addit panis biſcoctus đ
ſuria.¶Si aūt cū hac egritudi
ne fuerit calor:epithima fieri cō
uenit ex duob⁹ ſandalis ꝛ roſis
ꝛ boliarmeno ꝛ ſaufel ꝛgallis ꝛ
pane biſcocto cū ſucco maciano
rū ꝛ citoniorū ꝛ myrthino.
¶Qđ ſi eger vehemēter patiat
tenaſmonē:ꝛ ſepe vadat ad ſel-
lā ꝛ tñ nihil egrediat collirium
iſtđ ſubijciat.Eſt ei mirabile ad
ſedādū tenaſmon qđ.℞.thuris
litij croci gūmi arabici oim.añ.
ʒ.j.opij.ʒ.ij.informētur colliria
ꝛ ſupponantur.

De difficultate mingēdi. C.73.

CUm vrina minuit:aut ex to
to retinet:neqꝫ i femore ap
paret tumor neqꝫ grauitas:neqꝫ
dolor in renib⁹ ſentitur:ſuccur-
rendū eſt ex medicaminib⁹ vrie
ꝓuocatiuis que nominabim⁹.
¶Quorum vnum eſt hoc qđ.℞.
ſeminis apij nitri rubee tincto
rum olixatri ſeminis iuniperi
ſemis aſſari ameos ſeminis fe-
niculi ſpice amigdalarū amara
rū ſeminis melonis omniū.añ.
ʒ.x.cantaridarū quarū capita ꝛ
ale abſciſſa fuerūt.ʒ.j.armonia
ci.ʒ.iij.armoniacū invino diſſol
uatur:et alie ſpecies ex eo cōfi-
ciantur:ex q̄b⁹ fiāt forme auella
nis ſiles de q̄b⁹ ſumant ab.j.ʒ.
ad.iij.ʒ.hoc em̄ medicamē valđ
ꝯfert corpori cū diſſolutionē pa
tit ꝛ laxitatē:ꝛhypoſarche ꝛ ad
expellēda oia accidētia cāquoꝝ
corpus deſiccari opz.Qđ ſi cōti
gat mingēdi difficultas ex caſu
āt:ꝑcuſſiōe in femore:āt i ano āt
in eoꝝ circuitu:eger ex baſilica
minuat.Deinde aq̄ calida loco
ſepe ſupfundat:ꝛ vſqꝫ ad ſpaciū
medij diei ex oleis fricet.Egro
q̄z p̄cipat vt vrinā expellere ni-
tat.¶Si aūt mingēdi difficul-
tas ꝯtingat veſica exñte plena ꝛ
extenſa ꝛſit hoc poſt ſanguinis
aut ſanei nictuz medicamina q̄
trūbos ſanguinis:aut pus ꝙ in
veſica generatur ſoluere ꝯſueue
rūt:ꝛ liquare:danda ſunt.
¶Medicamē qđ trūbos ſāgui-
nis aut ſaniei q̄ in veſica fit diſ-
ſoluit.℞.cordumeni myrrhe ru
bee de qua tingitur ſeminis iu-

niperi armoniaci asse:oim ptes eqles:armoniacū dissoluatꝛ:ꝛ in formentꝛ pillule ex aliijs speciebꝰ ex eo cōfectis:de qbus quater i die sumatꝛ cum apozimate de seminibꝰ qꝫ noiauimꝰ. ¶Syrupꝰ etiā acetosꝰ ex forti aceto factꝰ mltoties detꝛ. Per siringaȝ preterea imittatꝛ invesicā aq̄ i qua dissolutꝰ fuit sal aut aq̄ cinerꝫ:ꝛ ista ē cōfectio aq̄ q̄ fit de cinere. ℞.cinerē de ilice.cinerē d vitibꝰ cali.calcē his oibus admisceatꝛ tm̄ aque vt ex ea cooperiri possint ꝛ dimittantꝛ sic p tres dies: dein coletꝛ p siringā invesicam iniciatꝛ. ¶herba q̄ȝ croci hortulani ꝛ esula cocta supponātur.

¶Tinā pterea assidue igrediatur:in qua sit aqua i qua cocta sint camomilla sticados arabicꝰ sansucꝰ sisimbriū:aut in qua extremitates cauliū ꝛ esula ꝛ fimꝰ colūbinus cocte fuerūt. Eger i decoctiōe eaꝝ sedeat:ꝛ ex herbꝫ istis sic coctis fiat emplꝛ̄m sup femur ꝛ ptes ei circūadiacētes. et dū in tina moratꝛ:sumat in potu q̄ vrine ꝓuocatiua existunt. Et si hec oia nō pro fuerint ad instrumentū cū quo vrina prouocatur est recurrendum.

¶Si aūt mingendi difficultas post lapidis signa affuerit eger supinꝰ iaceat ꝛ pedes eiꝰ diuersis modis ꝛ fortiter ꝯtiēdi sunt. Et si vrina nō egressa fuerit oportebit vt cū instrō curetꝛ p q̄d mēbro imissuȝ fit ipulsio. Cauendū tn̄ est ne virge immittatꝛ:cum est ibi apa Ad difficultatem quoqꝫ valde ꝯfert sepe ingredi tinā:et vngere loca ex oleis ꝛ medicaminā vrinā ꝓuocātia in potu sumere ꝛ abstinere a nutriētibus acetosis ꝛ ponticis,ꝛ grossis.

¶De lapide. Ca.74.

Cum eger virgā sepe fricat ꝛ manu tractat ipsa q̄ȝ qn̄ qꝫ erigitꝛ ꝛ arescit:ꝛ vrīa difficulter ꝛ cum dolore egreditꝛ:in qua egritudine fortasse ēt lōga onē qn̄qꝫ erūt lapis i vesica eē significatꝛ. Si aūt eger sentit cū difficultate mingendi vehemētē dolorē in renibꝰ:ꝛ in emūctorijs:ꝛ nauseā:ꝛ vētris ꝯstrictionē:i renibꝰ lapis esse monstratꝛ. ¶Lapidi vero qui est in vesica cōfectio ista vtilis existit:ꝛ est optia ad frāgēdū lapidē cū vetustꝰ fuerit. Ego q̄ȝ iā fregi cū eo magnū lapidem in spatio minore ,quadraginta dieꝝ. Cuiꝰ ꝯfectio. ℞. carpobalsami seminis raphani dauci olixatri seminꝫ corticis radicū opoponacis corticis radicū capparis amigdalaꝝ amararū dāno coctie squināti cipi spice inde cassie lignee saculosū durio harmel gētiane aristologie rotūde assati corduneni armoniaci serapini b delū pipis acori:oim ptes eq̄les gūme sufficiēti balsamo dissolute malaxentꝛ ꝛ ex eis alie spēs ꝯficiantꝛ:ex q̄bus iformētur pillule:ꝛ sumatꝛ ex eis in die.ℨ.ȝ.cū apozimate d seminibꝰ. Qn̄qꝫ ēt sexta ps:vniꝰ de cinere scorpionū sitꝛ cū eis datur.

¶Cinis vō de scorpionibꝰ hoc mō fit. Scorpiōes sumātur ꝛ i ollā nouā positi os habētē oppilatū sup lacertulū in furno mittantꝛ:in quo nō sit vehemens calor:ꝛ sint ibi horaꝝ spatio:dein extracti puluerizentꝛ ꝛ reponātꝛ. ¶Eger vō nutriatꝛ ex aq̄ ciceris ꝛ caligie ꝛ mutagenat. Et abstineat a lacte ꝛ caseo ꝛ ab aliis cibis grossis. ¶Ingrediatꝛ tinā i qua sit aq̄ i qua cocta sint folia

canliū ⁊ esula ⁊ berēgesif ⁊ men tastrū ⁊ fimꝰ colūbinꝰ ⁊ medulla feminis croci hortulani.

